

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO




YB. MARGARI  
POETICA  
J 4 7 7



OE XV  
187

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO





<sup>15</sup><sub>S.</sub>E. 187.

(Gannon 224-237)

Augm Editionis  
que prima non est  
munit Maittaire  
384. v. imprimis  
3. Clement. VIII.


197

Videtur esse Dittio Princeps.

Mattasio ignota est, quippe qui pro Editione  
Princeps vendit Editionem Latinam anni 1478  
per Vricum Gering die penultima Decembris.  
Iam esse crediderim Petri Casaris et Joannis fol. et recte quidem.

Margaritam Poeticam excipit Cicero's libri  
ad Herennium, Tusculan. Qu. et de finibus Latinis  
impressi ab eodem seu iisdem Typographis et circa  
eundem annum; sed abest et Typographi nomen et anni nota.  
in fine librorum ad herennium extat anni nota, nimi-  
rum: 1477 quarto Kal. Novembr.

Continet 1<sup>o</sup> margar. Poet. in vico S. Jacobi 1477 5. maii.  
2<sup>o</sup> Rhetorica Cic. ad Her. ib. 1477. 4<sup>o</sup> Kal. Novembr.  
3<sup>o</sup> Tusculana, in vico S. Jac. absq. anni nota  
4<sup>o</sup> De fin. Lat. et Ital. absq. anni nota. Sed extat apud  
fol. ultimum.  
Sicut autem in vico S. Jacobi, tamquam in vico S.  
S. Jacobi, in vico S. Jacobi.



Marci/Tullii/Ciceronis/Arpinatis .ad. C. Merenniū Pri-  
mus rhetoricorum liber feliciter incipit.

e  
Tū negotiis familiaribus impediti vix satis  
otii studio suppeditare possumus / et idipsum  
quod datur otii libentius in philosophia con-  
sumere consueuimus! tamen tua nos. C. Me-  
renni voluntas cōmouit / vt de ratiōe dicendi  
cōscriberemus! ne aut tua cā noluisse / aut fu-  
gisse nos laborem putares. Et eo studiosius hoc negotiū suscepi-  
mus / quod te nō sine cā velle cognoscere rhetoricam itelligebā-  
mus. non enī in se parum fructus habet copia dicendi et cōmo-  
ditas orationis! si recta intelligentia / et definita moderatione aī  
gubernetur. Quas obres que greci scriptores inanis ārogātie  
causa sibi assumpserunt! relinquimus. Nam illi (ne parū multa  
scisse viderentur) ea cōquisiuerunt! que nihil attinebāt! vt ars dif-  
filiior cognitu putaretur. nos vero ea que videbantur ad rati-  
onem dicendi pertinere! sumpsimus. Non enī spe questus / aut  
gloria cōmoti! venimus ad scribendū / quemadmodū ceteri! s; vt  
industria nostra tue morem geramus volūtati. Nunc ne nimiū  
lōga sumatur orō / de re dicere incipiemus / sed si te illud vnum  
monuerimus! artem sine assiduitate dicendi non multū iuare!  
vt intelligas hanc rōnem preceptionis ad exercitationem accō-  
modari oportere.

De oratoris officio et tribus causarum generibus.

o  
Ratoris officium est de his rebus posse dicere! que res ad  
vlum ciuilem moribus ac legibus / cōstitute sunt cum al-  
sensione auditorum quoad eius fieri poterit. Tria sunt gene-  
ra causarum / que recipere debet orator. demonstratiuum / delibe-  
ratiuum / iudiciale. Demonstratiuū est quod tribuitur in ali-  
cuius certe persone laudē / ac vituperationē. Deliberatiuū est  
quod positum in consultatione habet in se suasionem et dissua-  
sionem. Iudiciale quod ponitur ī cōtrouersia / et quod habet

accusationem / aut petitionem cum dissentione. Nunc autem  
quas res oratorem habere oporteat docebimus. deinde quō has  
causas tractari oporteat / ostendemus. Oportet igitur esse in  
oratore / inuentionē / dispositionem / elocutionem / memoriā / pro  
nuntiationem. Inuentio est excogitatio rerū verarū / aut ve  
rissimiū / que causā probabilē reddant. Dispositio est ordo et  
distributio rerum / que demonstrat quid quibusq; locis sit collo  
candum. Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum  
ad inuentionem accōmodatio. Memoria est firma anī rerum  
verborumq; dispositionis perceptio. Pronuntiatio est vocis /  
vultus / gestus moderatio cum venustate. Nec oīa tribus re  
bus assequi poterimus. arte / imitatiōe / exercitatiōe. Ars est pre  
ceptio que dat certam viam / rōnemq; dicendi. Imitatio est qua ī  
pellimur cum diligenti rōne / vt aliquorum similes in dicendo  
valeamus esse. Exercitatio est assiduitas / vsus cōsuetudoq; dicēdi

Quoniam igitur demonstratū est quas causas oratorem re  
cipere / qualq; res habere cōueniret / nunc quemadmodum  
possint ad orationē oratoris officia accōmodari / dicendū videtur

Inuentio in sex partes orōnis consumitur. in exordiū / narra  
tionem / diuisionem / cōfirmationē / confutationē / conclusionem

Exordium est principium orōnis per quod aīmus auditoris  
vel iudicis cōstituitur vel apparatur ad audiendum. Narra  
tio est rerum gestarū / aut proinde vt gestarum expositio. Di  
uisio est per quā aperimus quid cōueniat / et quid in cōtrouersia  
sit / et per quā exponimus quibus de rebus sumus dicturi. Cō  
firmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseuera  
tione. Confutatio est contrariorū locorum dissolutio. Cō  
clusio est artificiosus terminus orationis.

#### De exordio.

Vnc quoniam vna cum oratoris officiis / quo res cogni  
tu facilius esset producti sumus / vt de orōnis partibus lo  
queremur / et eas ad inuentionis rōnem accōmodaremus / de ex  
ordio primo videtur dicendum. Causa posita / quo cōmodius



exordiri possimus! genus cause est considerandū. Genera cā-  
rum sunt quattuor. honestum / turpe / dubium / humile. Ho-  
nestum cause genus sum putatur! cum aut id defendimus quod  
ab omnibus defendendum videtur! aut oppugnabimus! quod  
ab oībus videtur oppugnari debere. vt pro viro forti cōtra par-  
ricidam. Turpe genus intelligitur cum honesta res oppug-  
natur! aut defenditur turpis. Dubium genus est cum habet  
ī se cā / et honestatis / et turpitudinis partem. Humile genus  
est cum contempta res antefertur! Cum hec ita sint! conueniet  
exordiorum rōnem ad cause genus accōmodari. Exordiorum  
duo sunt genera. principiū quod grece prohemīū appellatur! et  
insinuatio que epodos nominatur. Principium est! cum sta-  
tim auditoris animum nobis idoneū reddimus ad audiendum.  
Id ita sumitur! vt attētos / vt dociles / vt beniuolos auditores ha-  
bere possimus. Si genus cause dubiū habebimus! a beniuo-  
lencia principium constituemus! ne quid illa turpitudinis pars  
nobis obesse possit! sin humile genus erit cause! faciemus atten-  
tos. sin turpe cause genus erit! insinuatiōe vtendum est! de qua  
posterius dicemus! nisi quid nacti erim! quare aduersarios cri-  
minando beniuolentiā carpere possimus. Sin honestum genus  
cause erit! licebit recte vti / vel nō vti principio. Si vti volumus  
aut id oportebit ostendere / quare causa sit honesta / aut breuiter  
quibus de rebus sumus dicturi / exponere. si principio vti nole-  
mus ab lege / aut a scriptura / aut ab aliquo firmissimo nrē cause  
adiumento / principiū carpere oportebit. Quoniā igitur do-  
cilem / beniuolum / attentum auditorem habere volumus / quō /  
quidq; confici pōt aperiemus. Dociles auditores habere po-  
terimus! si summā cause breuiter exponemus. et si attentos eos  
faciemus. nam docilis est! qui attente vult audire. Attentos  
habebimus! si pollicebimur nos de rebus magnis / nouis / inu-  
litas verba facturos / aut de his que ad rempu. pertineant / aut  
ad eos ipsos qui audient / aut ad deorum immortalium religio-  
nē. et si rogabimus! vt attente audiant! et si numero exponemus

res: de quibus dicturi sumus. Beniuolos auditores quattuor  
modis facere possumus. a nostra. ab aduersariorum nostrorum.  
ab auditoris persona. et a rebus ipsis. Ab nostra persona beni-  
uolentiam contrahemus / si nostrum officiū sine arrogantia lau-  
dabimus / atq; in rempub. quales fuerimus / aut in parētes / aut  
in amicos / aut in eos qui audiunt / aliquid referemus. dum hec  
oīa ad eamplam rem qua de agitur / sint accōmodata. Itē si no-  
stra incōmoda proferemus. inopiam / solitudinē / calamitatē. Et si  
orabimus / vt nobis sint auxilio Et simul ostēdemus nos ī aliis  
noluisse spem habere. Ab aduersariorum persona beniuolentia  
captabitur / si eos in odiū / in inuidiā in cōtemptiōnē adducemus  
In odiū rapiemus / si q; eorū spurce / superbe / perfidiose / crudeli-  
ter / cōfidēter / maliciose / flagitiose factū proferemus. In inuidiā  
trahemus / si vim / si potentiam / factionem / diuitias / incōtinen-  
tiam / nobilitatem / clientelas / hospitium / sodalitatē / affinita-  
tes aduersariorum proferemus. Et his adiumentis magis q; ve-  
ritati eos confidere aperiemus. In cōtemptiōnē adducemus / si  
inertiam / ignauiam / delidiam / luxuriam / aduersariorum profe-  
remus. Ab auditorū personis beniuolentia colligitur / si res  
eorum fortiter / sapienter / mansuete / magnifice iudicatas profe-  
remus. Et si que de his existimatio / et que iudicii expectatio sit /  
aperiemus. Ab rebus ipsis beniuolū efficiemus auditorem / si  
nostrā causā laudando attollemus / et aduersariorum per cōtemp-  
tionem deprimemus. Deinceps de inlinuatione aperiendū est.

#### De inlinuatione.

t Ria sunt tempora / quibus vtī principio non possumus /  
que diligenter sūt consideranda. aut cū turpem causā ha-  
bemus / hoc est cū ipsa res animū auditoris a nobis alienat / aut  
cū animus auditoris persuasus esse videtur ab his qui ante con-  
tradixerūt / aut cū defessus est eos audiendo qui ante dixerunt.

Si cā turpitudinem habebit / exordiri poterimus his rōibus  
hominem / non rem / rem non hominem spectari oportere. non  
placere nobis ipsis que facta dicantur ab aduersariis / et esse in-

digna et necessaria. deinde cum diu rem auxerimus / nihil simile  
a nobis factum ostendemus / aut aliquorum iudiciū de simili cā /  
aut de eadē / aut de minore / aut de maiore proferemus. Deinde  
ad nostram caulā pedetentim accedemus / et similitudinem cōfe-  
remus. Item si negabimus nos de aduersariis aut de aliqua re  
dicturos / et tamē occulte dicemus interiectione verborū. Si  
persuasus auditor fuerit / id est si orō aduersariorum fecerit fidē  
auditoribus (neq; enī non facile scire poterimus. quoniā non su-  
mus nescii quibus rebus fides fieri soleat) ergo si fidem factam  
putabimus / his rebo nos insinuabimus ad rāz aut de eo q̄ aduer-  
sarii firmissimū libi adiumentum putarint / primum nos dictu-  
ros pollicebimur / aut ab aduersarii dicto exordiemur / et ab eo  
maxime quod ille nuperi ime dixerit / aut dubitatione vtemur /  
quid potissimum dicamus / aut cui loco primum respondeamus  
cum admiratione. Si defessi erunt audiendo / ab aliqua re que-  
rilum mouere possit / ab apologo / fabula / verisimili / imitatiōe /  
deprauatiōe / iueriōe / abiectiōe / abigo / uspitiōe / irriiōe / colle-  
ctiōe / lrārū mutatōe. Preterea expectatiōe similitudinē / nouitate /  
hystoria / versu / aut alicuius interpellatiōe / vel arrisione. Et si pol-  
licebimur nos aliter / ac parati fuerimus nos esse dicturos / nos  
non eodem mō / vt ceteri soleant verba facturos / quid alii soleāt /  
quid nos facturi sumus / breuiter exponemus. Inter insinua-  
tionem et principium hoc interest. Principium hmōi debet esse  
vt statim apertis rōnibus quibus prescriplimus / aut beniuolū /  
aut attentum / aut docilem / faciamus auditorem. At insinuatio  
eiusmodi debet esse / vt occulte per dissimulationem eadē illa oīa  
conficiamus / vt ad eandem cōmoditatē in dicendi opere venire  
possimus. Verum he tres utilitates tametsi in tota orōne sūt cō-  
parande / hoc ē vt auditores sese perpetuo nobis attētos / dociles  
beniuolos prebeant / tamen id per exordium cause maxime com-  
parandum est. Nunc ne quando viciolo exordio vtamur / que vi-  
cia vitanda sint / docebo.

De vitiosis exordiis.

- i Nexordienda cā seruandum est / vt leuis sit sermo / et vfi-  
tata verborū consuetudo / vt nō apparata oratio videatur

esse. Vitiosum exordiū est! quod in plures causas pōt accōmoda-  
ri! quod vulgare dicitur. Itē vitiosum est quo nihilominus ad-  
uersarius potest vti / quod cōmune appellatur. Item illud quo  
aduersarius ex contrario poterit vti. Item vitiosum est quod ni-  
miū apparate compositum est! aut nimium lōgum est. et quod  
nō ex ipsa cā natum videatur / vt proprie cohereat cum narrati-  
one. et quod neq; beniuolum / neq; docilem / neq; attentum faciat  
auditorem. De exordio satis est dictum. Deinceps ad narrationē  
transeamus.

#### De narratione.

Narrationum tria sūt genera! Vnum est cum exponimus  
rem gestam / et vnumquodq; trahimus ad vtilitatem no-  
stram vincendi causa! quod pertinet ad eas causas de quibus iu-  
diciū futurum est. Alterum genus est narrationis / quod iter-  
currit nonnunq; aut fidei aut criminatiōis / aut transitionis / aut  
alicuius apparationis causa. Tertiū genus est id quod a cā ciui-  
li remotum est / in quo tamen exerceri conuenit / quo cōmodius  
illas superiores narrationes ī causis tractare possimus. Eius  
narrationis duo sunt genera. Vnum quod in negotiis! alterum  
quod in personis positum est. Id quod in negotiorum expoliti-  
one positum est! tres habet partes. fabulā / hystoriam / argumen-  
tum. Fabula est que neq; veras neq; verisimiles continet res. vt  
he sunt que tragediis tradite sunt. Hystoria est gesta res! sed ab  
etatis nostre memoria remota. Argumētum est ficta res que ta-  
men fieri potuit. velud argumēta comediarū. Illud genus nar-  
rationis quod ī personis positum est! debet habere sermonis fe-  
stiuitatem / animorum dissimilitudinem / grauitatem / leuitatē /  
spem / metum / suspicionem / desiderium / dissimulationem / mise-  
ricordiam / rerum varietates / fortune cōmutationem / insperatū  
incōmodum / subitam letitiam / iocundum exitum rerum. Ve-  
rum hec in exercendo transigentur. Illud quod ad veritatē per-  
tinet! quomodo tractari oporteat aperiemus. Tres res conue-  
nit habere narrationem! vt breuis / vt dilucida / vt verisimilis sit

que quoniam fieri oportere scimus! quemadmodum faciamus  
cognoscendum est. Rem breuiter narrare poterimus / si inde  
incipiemus narrare! unde necesse erit. Et si non ab ultimo initio  
repetere volemus. Et si summam / non particulatim narrabimus  
Et si non ad extremum sed eousque quo opus erit! persequemur.  
Et si transitionibus nullis utemur. Et si non deerrabimus ab eo quod  
ceperimus exponere. Et si exitus rerum ita ponemus! ut ante quod  
que facta sint sciri possint! tamen nos reticuerimus. Quod ge-  
nus! si dicam me ex prouincia redisse. profectum quoque in prouin-  
ciam intelligatur. et ordo non modo id quod obest! sed etiam id quod  
neque obest! neque adiuuat! satius est preterire. et ne bis / aut sepius  
idem dicamus. Cauendum est etiam ne id quod supra semel dixi-  
mus deinceps dicamus hoc modo. Athenis megarum vesperi ad-  
uenit limo. ubi aduenit megarum! insidias fecit uirgini. insidias  
postquam fecit! vim in loco attulit. Rem dilucide narrabimus!  
si ut quidque primum gestum erit / ita primum exponemus! et rerum  
ac temporum ordinem conseruabimus! ut geste res erunt! aut ut  
potuisse geri videbuntur. Sic erit considerandum! ne quid per-  
furbate / ne quid contorte / ne quid noue / ne quid ambigue dica-  
mus / ne quam in aliam rem transeamus / ne ab ultimo repetamus  
ne longe persequamur / ne quid quod ad rem pertineat / pretere-  
amus! et si sequimur ea! que de breuitate precepta sunt. nam quo  
breuior / eo dilucidior et cognitu facilior narratio fiet. Verili-  
milis narratio erit! si ut mos! ut opinio! ut natura postulat dicemus  
Si spacia temporum / personarum dignitates / consiliorum rationes /  
locorum oportunitates constabunt! ne refelli possit! aut tempo-  
ris parum fuisse / aut causam nullam / aut locum idoneum non fu-  
isse / aut homines ipsos facere / aut pati non potuisse. Si vera res  
erit nihilominus hec omnia narrando conseruanda sunt. nam se-  
pe veritas (nisi hec conseruata sint) fidem non potest facere. si erunt  
ficta / eo magis erunt conseruanda. De his rebus caute conflagen-  
dum est. quibus in rebus tabule aut alicuius firma auctoritas vi-  
debitur interfuisse. Adhuc que dicta sunt arbitror mihi con-

ltare cū ceteris artis scriptoribus nisi qz de insinuatōibus noua  
quidem excogitauimus / quod eas soli nos preter ceteros in tria  
tempora diuisimus / et plene certam viā et perspicuā rōnem ex-  
ordiorum haberemus. Nunc quod reliquum est / quoniā de re-  
rum inuentione disputandū est in qua cōsumitur singulare ora-  
toris artificium / dabimus operam / vt nihilominus industrie (q̄  
rei utilitas postulabit) quesisse videamur / si prius pauca de diui-  
sione caularum dixerimus.

#### De diuisione.

Caularum diuisio in duas partes distributa est. Primum  
perorata narratione debemus aperire / quid nobis conue-  
niat cū aduersario / si ea que utilia nobis erunt cōuenient / quid  
in cōtrouersia relinquatur. hoc modo. Interfectam esse ab hore-  
ste matrem / conuenit mihi cum aduersariis. iure feceret an li-  
cuerit facere / id est in controuersia. Item econtrario / agameno-  
nem esse a clitemnestra occisum confitentur / cum id ita sit / me-  
uiscisci parentem negant oportuisse. Deinde cum hoc fecerimus  
distributione uti debemus. Ea diuiditur in duas partes. Enume-  
rationem et expositionem. Enumeratione utemur / cum dice-  
mus numero quot de rebus dicturi sumus. Eam plus q̄ trium  
partium numero contineri non oportet. nam et periculosum ē  
ne quando plus minusue dicamus. et suspicionem affert audito-  
ri meditationis et artificii. que res fidē abrogat orationi. Ex-  
positio est / cum res de quibus dicturi sumus / exponimus breui-  
ter / et absolute. Nunc ad confirmationem et confutationem trā-  
seamus.

#### De confirmatione et confutatione.

† Ota spes vincendi rōq; persuadendi posita est in cōfirma-  
tione et confutatione. Nam cum adiumenta nrā exposue-  
rimus contrariaq; dissoluerimus absolute nimirum munus ora-  
torium confecerimus. Vtrunq; igitur facere poterimus / si con-  
stitutionem cause cognouerimus.

### De causarum constitutionibus.

c Mularum constitutiones / alii quattuor fecerunt. noster doctor hermes tres putauit esse ! non ut de illorum quicquam detraheret inuentione ! sed ut ostenderet id quod oportuisset simpliciter ac singulari modo docere ! illos distribuisse dupliciter et bipartito. Constitutio est prima deprecatio defensoris cum accusatoris insinulatione coniuncta. Constitutiones itaque (ut ante diximus) tres sunt, coniecturalis / legitima iudicialis. Coniecturalis est cum de facto controuersia est. hoc modo. Mias in filia / postquam relicuit que fecisset per insaniam ! gladio incubuit. Ulixes interuenit. occisum conspicatur. corpore telum cruentum educit. teucer interuenit. cum fratrum occisum et inimicum fratris cum gladio cruento videt / capitis arcessit. Hic quoniam coniectura verum queritur de facto erit controuersia ! et ex eo constitutio cause / coniecturalis nominatur. Legittima est constitutio ! cum ex scripto / aut ex scriptis aliquid controuersie nascitur. Ea diuiditur in partes sex. scriptum et iniam / contrarias leges / ambiguum / definitionem / translationem / ratiocinationem. Ex scripto et inia controuersia nascitur ! cum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. hoc modo. Si lex sit que iubeat eos qui propter tempestatem nauim reliquerint / omnia perdere. eorum nauim ceteraque esse si nauis conseruata sit ! qui remanserunt in naui. Magnitudine tempestatis omnes perterriti nauem reliquerunt. in scapham conscenderunt ! preter unum egrotum. is propter morbum exire et fugere non potuit. Casu et fortuito / nauis in portum incolumis delata est. illum egrotus possedit. nauim petit ille cuius fuerat. Hec constitutio legitima est ex scripto et sententia. Ex contrariis legibus controuersia constat cum alia lex iubet aut permittit / alia vetat quippiam fieri ! hoc modo. Lex vetat eum qui de pecuniis repetundis damnatus sit in contione oronem habere. Altera lex iubet augurem idemortui locum qui petat in contione nominare. Mugur quidem damnatus de pecuniis repetundis ! idemortui locum quem petat /

noīauit. petitur ab eo multa. Cōstitutio legitima ex contrariis legibus. Ex ambiguo controuersia nascitur / cū scriptū duas aut plures Inīas significat / hoc modo. Paterfamilias cum filiū heredē faceret / testamento / vasa argentea vxori legauit / hoc mō Tullius heres meus terentie vxori mee. xxx. pōdo valorum argenteorum dato que volet. post mortem eius vasa preciosa et celata magnifice petit mulier. Tullius se que ipse velit. xxx. pōdo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ābiguo. Ex definitione cā cōstat / cum in cōtrouersia est / quo noīe factum appellatur. ea est hmōi. Cum Iulius saturninus legem frumētariam de semilibus et triētibus laturus esset. Q. Cepio qui per id tēporis questor urbanus erat / docuit senatum erariū pati nō posse largitionem tantā. senatus decreuit / si eam legem ad populū ferat / aduersus. r. p. videri eū facere. saturninus ferre cepit. college intercedere. ille nihilominus cistellā detulit. Cepio illū ubi cōtra senatus consultū intercedentibus collegis aduersus. r. p. vidit ferre cum viris bonis impetum facit. pontes distubat. cistas deicit. impedimento est / quo secius feratur lex. arcessitur cepio maiestatis. Constitutio legitima ex diffinitione. vocabulū eī diffinitur ipsū cum queritur quid sit minuere maiestātē. Ex translatiōe cōtrouersia nascitur / cum aut tempus differendū / aut accusatorem mutandū / aut iudices mutandos reus dicit. Hac parte constitutionis greci in iudiciis / nos vero in iure civili plerunq; utimur. In hac parte nos iuris civilis scīa iuuabit. ī iudiciis tamē nō nihil utimur hoc mō. Si quis peculatur accusatur / q; vasa argentea publica de loco priuato dicātur sustulisse possit dicere (cū diffinitione sit vsus) quid sit furtum / quid peculatus / secum furti agi nō peculatus oportere. Nec partitio legitime constitutionis his de causis raro venit in iudiciū / q; in priuata actione pretorie exceptiones sunt. et a cā cadit is qui non quemadmodum oportet egerit. et in publicis questionibus cauetur legibus / vt āte si reo cōmodū sit iudiciū de accusatore fiat / vtrum illi liceat accusare / nec ne. Ex rōcinatione cōtrouersia constat / cum res sine propria lege venit in iudiciū / que tamen ab aliis legibus simili-



tudine quadā aucupatur. ea est huiusmodi. lex est si furiosus exi-  
stat: agnatorum gentiumq; in eo pecuniaq; eius ptās esto. Et lex  
qui parentem necasse iudicatus erit: vt is obuolutus et obliga-  
tus corio deuehatur in profluentem. Et lex. paterfamilias / vt  
super familia pecunia ve sua legauerit: ita ius esto. Et lex. si pa-  
terfamilias itestatur moritur: familia pecuniāq; eius agnatorū et gē-  
tium esto. Malleolus iudicatus est matrem necasse. ei damnato  
statim folliculo os inuolutum est lupino / et solee lignee in pedi-  
bus indute sunt. in carcerem ductus est. qui defendebant eū / ta-  
bulas in carcerem afferunt. testamentū ipso presente conscribūt  
heredes quos ille iubet scribunt. testes rite affuerūt. de illo sup-  
pliciū paulopost sumitur. hi qui heredes erāt: testamēto heredi-  
tatē adeunt. Frater minor malleoli / qui eum oppugnauerat in  
eius periculo suam vocat hereditatem lege agnationis. Hic cer-  
ta lex nulla affertur. et tamen multe afferunt / ex quibus rōci-  
natio nascitur. quare potuerit / aut non potuerit iure testamen-  
tū facere. Cōstitutio legitima est ex rōcinatiōe. Cuiusmodi autē  
partes essent legitime cōstitutionis ostendimus. Nunc de iuri-  
diciali cōstitutione dicemus. Iuridicialis cōstitutio est / cū  
factum cōuenit: sed si iure an iniuria factū sit / queritur. Eius  
cōstitutiois partes sunt due / quarū vna absoluta / altera assūp-  
tiua noīatur. Absoluta est cū idiplum quod factū est vt aliud  
nihil foris assumatur / recte factū esse dicemus. ea est hmoi. mi-  
mus quidā noīatim actiū poetā cōpellauit in cenaculo. in eo ac-  
tius iniuriā agit / hic nihil aliud defendit nisi licere noīari eū cu-  
ius noīe scripta dentur agēda. Assumptiua pars est / cū per se de-  
fensio infirma est / sed assūpta extranea re cōprobatur. Assūp-  
tiue partes sūt quattuor. cōcessio / remotio criminis / translatio  
crimīs / cōparatio. Cōcessio est cū reus sibi postulat ignosci.  
Ea in purgationem et deprecationem diuiditur. Purgatio ē  
cum consulto negat se reus fecisse. Ea diuiditur in imprudenti-  
am / fortunam / necessitatem. Fortunam vt cepio ad tribu-  
num plebis de exercitus amissione. Imprudentiam / vt ille

qui de eo seruo qui dominum occiderat, supplicium sumpsit cui  
frater esset! anteq̄ tabulas testamenti aperuit cum is seruus te-  
stamento manumissus esset. Necessitatem! vt ille qui ad diem  
commeatus non venit! q̄ eum aque interclusissent. Depreca-  
tio est cum et se peccasse! et consulto confitetur fecisse! et tamen  
postulat! vt sui misereatur. hec in iudicio non fere potest vlu ve-  
nire! nisi quando pro eo dicimus! cuius multa recte facta cōstāt  
hoc modo. In loco cōmuni per amplificationē iniciemus. quod  
si hoc fecisset! et tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci cōueni-  
ret! verum nihil postulat ignosci. ergo in iudicium non venit!  
aut in senatum / aut ante imperatorem! et in consilium talis cau-  
sa pōt venire. Ex translatione criminis causa constat! cum fe-  
cisse nos non negabimus! sed aliorum peccatis coactos nos fecis-  
se dicemus. vt horestes cum se defendit! in matrem transfert cri-  
men. Ex remotione criminis causa constat! cum a nobis non  
crimen sed culpam ipsam amouemus! et vel in hominem trās-  
ferimus vel in rem quempiam conferimus. In hominem trās-  
fertur! vt si accusatur is qui publicum sulpitium se fatetur occi-  
disse / et id iussu consulum fecisse defendat / et eos dicat nō modo  
imperasse! sed rōnem quoq; ostendisse / quare id facere liceret. In  
rem confertur! vt si quis ex testamento quod facere iussus sit ex  
plebiscito vtetur. Ex cōparatione causa constat! cum dicimus  
necesse fuisse alterutrum facere / et id quod fecerimus satius fu-  
isse facere. Et cā huiusmodi est. C. pompilius cum a gallis obli-  
deretur / neq; fugere vllomodo posset / venit cum hostium duci-  
bus in colloctionem. ita discessit! vt impedimenta relinqueret /  
et exercitum educeret / satius esse duxit amittere impedimenta q̄  
exercitum. exercitum eduxit impedimenta reliquit. arcescitur ma-  
iestatis.

#### De iudicatione.

q̄ Ve constitutiones / et quot constitutionum partes sint! vi-  
deor ostendisse. Nunc quomodo eas et qua via tractari cō-  
ueniat! demonstrandū est. si prius aperiemus quid oporteat ab  
ambobus in cā destinari! quo ratio omnis totius orōnis con-  
feratur. Cōstitutōe igitur reperta statim querēda est rō. Rō ē que

causam facit et cōtinet defensionem. hoc modo. vt docēdi gratia  
in hac potissimum caula consistamus. Fiorestes confitetur se oc-  
cidisse matrem: nisi attulerit facti rōnem peruertit defensionem  
Ergo affert eā: que nisi intercederet / nec cā quidem esset. illa enī  
inquit patrem meum occiderat. Ergo (vt ostēdi) ratio ea est: que  
continet defensionem sine qua non quidem parua dubitatio pōt  
remorari damnationem. Inuenta rōne firmamentū querēdum  
est: quod continet accusationem / quod affertur cōtra rōnem de-  
fensionis / de qua antea dictum est. Id cōstituetur. hoc mō. cum  
vlus fuerit horestes rōne / hoc pacto iure occidi. Illa enim patrē  
meum occiderat. vtetur accusator firmamento. hoc modo. Sed  
non abs te occidi: neq; indemnata penas pendere oportuit. Ex  
rōne defensionis / et firmamento accusationis iudicii questio na-  
scatur / oportet: quam nos iudicationē / greci crynomenon appel-  
lant. ea constituetur ex cōiunctione firmamenti et rōnis defen-  
sione. hoc modo. Cum dicat horestes se patris vlciscendi cā ma-  
trem occidisse: rectum ne fuerit sine iudicio / a filio clitemneltrā  
occidi. ergo hac rōne iudicationem reperire cōuenit. Reperta iu-  
dicatione omnē rōnem totius orōnis eo conferri oportebit. In  
oībus constitutionibus et partibus cōstitutionum / hac via iudi-  
cationes reperientur / preterq; in cōiecturali constitutione. nā in  
ea nec rō quare fecerit queritur (fecisse enim negatur) nec firma-  
mentū exquiritur / quoniā non subest ratio. Quare ex intentiōe  
et inficiatione iudicatio constituitur. hoc mō. Intentio. occidisti  
aiacem. Inficiatio. non occidi. Iudicatio. occiderit ne ratio om-  
nis vtriusq; orōnis (vt ante dictum est) ad hanc iudicationem cō-  
ferenda est. Si plures erunt cōstitutiones aut partes constitui-  
onū / iudicatiōes quoq; plures erunt in vna causa: sed et omnes  
simili rōne reperientur. Sedulo dedimus operam / vt breui-  
ter et dilucide quibus de rebus adhuc dicendū fuit / diceremus.  
Nunc quoniā satis huius voluminis magnitudo creuit / cōmo-  
dius est ī altero libro de ceteris rebus deinceps exponere. ne qua  
per multitudinem litterarum pōssit animū tuum defatigatio re-  
tardare. sed si quo tardius hec quā studes absoluentur: tum rerū

magnitudini / tum nostris quoque occupationibus assignare debe-  
bis. verumtamen maturabimus! et quod de negotio diminutum  
fuerit! exequabimur industria. ut pro tuo in nos officio / et no-  
stro in te studio munus hoc accumulatissime tue largiamur vo-  
luntati.

Explicit primus liber

Incipit secundus liber.

i  
In primo libro Herēni breuiter expoluimus  
quas causas oratorem recipere oporteret! et  
in quibus officiis artis elaborare cōueniret!  
et ea officia qua rōne facillime cōsequi posset  
Verum qz neqz de omnibus rebus poterat si-  
mul dici! et de maximis rebus primum scribendum fuit! quo ce-  
tera tibi faciliora cognitu viderentur! ita nobis placitum est / ut  
ea que difficillima essent potissimum scriberemus. Causarum  
tria sunt genera / demonstratiuum / deliberatiuum / iudiciale. Mul-  
to difficillimum iudiciale est! ergo id primū absoluemus. Hoc  
et priore libro egimus / cum de quinque oratoris officiis tractare  
mus quorum inuentio et prima / et difficillima est. Ea quoque no-  
bis erit hoc libro propemodum absoluta. sed paruam partē eius  
in tertium volumen transferemus. De sex partibus orōnis pri-  
mum scribere incipiemus. Id primo libro locuti sumus de  
exordio / narratione / diuisione / nec pluribus verbis quā necesse fu-  
it! nec minus dilucide / quā te velle existimabamus. Deinceps cōiun-  
cte de confirmatione / et confutatione dicendum fuit. quare ge-  
nera cōstitutionum / et earum partes aperuimus. Ex quo simul  
ostendebatur quomō cōstitutionem / et partes cōstitutionis cā-  
polita reperiri oporteret. Deinde docuimus iudicationem quem  
admodum queri conueniret. qua inuenta curandum est / ut om-  
nis ratio totius orationis ad eam conferatur. Postea amoni-  
mus esse causas plures in quibus plures cōstitutiones aut par-  
tes cōstitutionum accommodarentur. Reliquum videbatur

esse / vt ostenderemus / que rō posset inuentiones ad vnāquāq;  
cōstitutionē aut partē cōstitutionis accōmodare. Et itē quales ar  
gumētationes quas greci epycheremata appellant sequi / et qua  
les vitare oporteret. quorū vtrūq; pertinet ad confirmationē et  
cōfutationē. Deinde ad extremum docebimus cuiusmodi cōclu  
sionibus orationū vti oporteat. qui locus erat extremus de sex  
partibus orōnis. Primum igitur queremus / quēadmodū cām  
quāq; tractari cōueniat et nimirū coniecturalem eā que prima  
et difficillima est / potissimum cōsideremus.

De locis coniecturalis constitutionis.

i In causa cōiecturali narratio accusatoris suspitiones iter  
iectas / et disperlas habere debet / vt nihil actum / nihil di  
ctum / nulq; ventum / aut habitū / nihil deniq; factum sine cā pu  
tetur. Defensoris narratio simplicē / et dilucidā expositionem de  
bet habere cum attenuatione suspitionis. Huius constitutionis  
rō in sex partes est distributa. probabilē / collationē / signum / ar  
gumentum / cōsecutionē / approbationē. Horum vnumquodq;  
quid valeat aperiemus.

Robabile est per quod probatur expedisse reo peccare / et  
a simili turpitudine hoīem nunq; abfuisse. Id diuiditur in  
causam et in vitā. Causa est que induxit eū ad maleficiū cōmodo  
rum spe / aut incōmodorū vitatiōe. ita cū queritur nūquid cōmo  
dū maleficio appetiuerit / nū honorē / nū pecunia / nū donationē  
aliquā cupiditatē aut amoris aut eiusmodi libidinis voluerit ex  
plere / aut nunquid incōmodū vitauerit / inimicitias / infamias /  
dolorē / suppliciū. Sic accusator in spe cōmodi cupiditatē osten  
det aduersarii. in vitatiōe incōmodi formidinē augebit. Defēlor  
aut negabit fuisse cām si poterit / aut eam vehēter extenuabit.  
Deinde iniquū esse oēs ad quos aliquid emolumētī ex aliqua re  
peruenerit / in suspitionē maleficii deuocari. Deīde vita hoīs ex  
ante factis spectabitur. Inquo primū considerabit accusator / nū  
quādo simile quid fecerit. Si id nō reperiet nō quādo ī similitē ve  
nerit suspitionē / et ī eo debebit eē occupatus / vt ad eā cām pcti /

quā pauloante expoluerit. vita hoīs possit accōmedari. hoc mō.  
Si dicet pecunie cā secisse! ostendat eum semper auarū fuisse. si  
honoris! ambitiosum. ita poterit animi viciū cum cā peccati cō-  
glutinare. etsi non poterit par animi vitium cum cā reperire: re-  
periat dispar. Si non potuerit auarum demonstrare! monstret  
corruptorem / vel perfidiosum / si quo mō poterit. deniq; aliquo  
aut q̄ plurimis vitiis contaminatit personam. Deinde qui illud  
fecerit tam nequit! eundem hunc tam perperam fecisse non esse  
mirandum. Si vehementer castus et integer existimabitur ad-  
uersarius! dicet facta non famam spectari oportere illum occul-  
tasse ante sua flagitia. se planum facturum ab eo maleficiū non  
abesse. Defensor primum demonstrabit vitam integram si potu-  
erit. si id non potuerit! cōfugiet ad imprudentiam / stultitiā / adole-  
scētiam / vim / persuasionem / quibus de rebus vituperatio eorū  
que extra id crimen erunt! nō debeat assignari. Si vehementer  
hoīs vita turpitudine impediatur et infamia prius dabit operā  
vt falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente. et vtetur lo-  
co cōmuni / rumoribus credi non oportere. Si nihil horum fie-  
ri pōt! vtatur extrema defēsiōne! dicat se nō de rumoribus eius  
apud cēsores! s; de criminibus aduersariorū apud iudices dicere

Ollatio est! cū acculator id quod aduersariū fecisse crimi-  
natur! alii nemini nisi reo bonum fuisse demonstrat! aut  
alium neminem potuisse perficere / nisi aduersarium / aut eū ip-  
sum aliis rōnibus aut nō potuisse! aut neq; cōmode potuisse / aut  
eum fugisse illas rōnes cōmodiores propter cupiditatē. Hoc lo-  
co defensor demonstrat oportet / aut aliis quoq; fuisse bono! aut  
alios quoq; id quod ipse insimuletur facere potuisse.

I Ignium est per quod ostenditur idonea perficiendi facul-  
tas esse quesita. Id diuiditur in partes sex / locum / tēpus /  
spaciū occasionē / spē perficiēdi / spē celādi. Locus queritur cele-  
bris / an desertus / sēper desertus / an tū cū id factū sit! i eo loco so-  
litudō fuerit! sacer / an prophanus! publicus / an priuatus fuerit  
cuiusmodi loci attingāt / nū qui passus est / perspectus et exaudi-  
tus eē possit! horū quid reo / q̄ acculatori cōueiat perscribere nō

grauaremur / nisi facile quibus tam posita posset iudicare. Initia enim inuentionis ab arte debent proficisci. Cetera facile comparabit exercitatio. Tempus ita queritur / qua parte anni / qua hora / noctu / an interdiu / et qua die / et quanta hora factum esse dicatur / et cuiusmodi temporibus. Spacium ita considerabitur / satis ne longum fuerit ad eam rem transigendam / et potuerit ne scire / satis ad id perficiendum spacii fuisse futurum. nam parui refert satis spacii fuisse ad id perficiendum / si id ante sciri et ratione prouideri non potuit. Occasio queritur idonea ne fuerit ad rem adoriendam / an alia melior / que aut preterita sit / aut non expectata.

Spes perficiendi que fuerit spectabitur hoc modo. Si que supradicta sunt ligna concurrent. Si preterea ex altera parte / vires pecunia / consilium / scia / apparatus videbitur fuisse. ex altera parte imbecillitas / inopia / stultitia / imprudentia / inaparratio / demōstrabitur fuisse / quare scire potuerit / utrum diffidendum an confidendum fuerit. Spes telandi que fuerit / queritur ex consiliis arbitris / adiutoribus / liberis / aut seruis / aut utrisque.

Argumentum est per quod res coarguitur certioribus argumentis / et magis firma suspitione. Id diuiditur in tria tempora preteritum / instans / et consequens. In preterito tempore oportet considerare ubi fuerit / ubi visus fuerit / cum quo visus sit. nunquid apparuit / nunquid conuenit / nunquid dixerit / nunquid habuerit / de consiliis / de adiutoribus / de adiuuantis / nunquid in loco preter consuetudinem fecerit / aut alieno tempore. In instanti tempore queritur num visus sit / cum faciebat / nunquid strepitus / clamor / crepitus / exauditus / aut denique nunquid aliquo sensu perceptum sit / aspectu / auditu / tactu / odoratu / gustu. Nam quibus horum sensus potest conflare suspitionem. In consequenti tempore spectabitur / nunquid re transacta relictum sit / quod indicet aut factum esse maleficium / aut a quo factum sit / factum esse hoc modo. Si tumore / et liuore decoloratum corpus est mortui / significat eum veneno necatum. a quo factum sit hoc modo. Si telum / si vestimentum / si quid eiusmodi relictum sit / aut vestigium reperitur / si cruor in vestimentis / si in eo loco deprehensus / aut visus transacto negotio / quo in loco res gesta dicitur /

Consecutio est! cū queritur que signa nocentis et innocen-  
tis cōsequi soleant. Accusator dicet si poterit aduersariū cū  
ad eum ventum sit erubuisse / expaluisse / titubasse / inconstanter  
locutum esse / cōcidisse / pollicitum esse aliquid, que signa cōscien-  
tie sunt. Si reus nihil horum fecerit / accusator dicet eum vsq; a  
deo premeditatū fuisse! quid sibi esset vsu euenturū! et cōfidentis-  
sime resistens responderet, que signa cōfidentie / nō innocentie /  
sunt. Defensor / si reus pertimuerit magnitudine periculi nō cō-  
scientia peccati cōmotum se esse dicet, si nō pertimuerit / fretum  
innocentia negabit esse cōmotum.

Probatio est! qua vtimur ad extremum cōfirmata suspi-  
tione. Ea habet locos / proprios atq; cōmunes. Proprii sūt  
quibus nisi accusator nemo pōt vti, et hi quibus nisi defensor vti  
nemo pōt. Cōmunes sunt! qui alia in cā ab reo alia ab accusato-  
re tractantur. In causa coniecturali locus proprius accusatoris  
est / cum dicit! malorum misereri non oportere! et cū auget pec-  
cati atrocitatem. Defensoris proprius locus est! cum misericor-  
diam captat! et cū accusatorē calumniari criminatur. Cōmunes  
loci sunt / tū accusatoris / tum defensoris a testibus contra testes  
a questionibus cōtra questiones, ab argumentis cōtra argumen-  
ta, a rumoribus cōtra rumores. A testibus dicemus secundū  
auctoritatem et vitam testium et constantiam testimoniorū. Cō-  
tra testes vite turpitudinē / testimoniorū inconstantia / si autē fie-  
ri nō potuisse dicemus! aut nō factū esse! quod dicāt / aut scire il-  
los non potuisse! aut cupide dicere et argumentari. Nec ad impro-  
bationē et ad probationē testiū pertinetunt. A questionibus  
dicemus cum demonstrabimus maiores veri inueniēdi cā tormē-  
tis et cruciatu voluisse queri / et summo dolore hoīnes cogi / vt  
quicquid sciant dicāt. Et preterea confirmatior haberi pōt dispu-  
tatio / si que dicta erunt argumentando eisdem viis / quibus con-  
iectura omnis tractatur / trahemus ad verisimilem suspicionem  
Idemq; hoc in testimoniis facere oportebit. Contra questio-  
nes hoc modo dicemus primum maiores voluisse certis in re-  
bus interponi questiones / tum que vere dicerentur sciri / que



falso in questione pronuntiarentur refelli possent hoc mō. quo ī  
loco quid positū sit / aut si quod esset simile quod videri / aut ali-  
quo simili signo perspicui posset. Deinde dolori credi nō oportere  
q̄ alius alio retentior sit in dolore / q̄ ingeniosior ad cōminiscen-  
dum. q̄ deniq̄ sepe scire / aut suspicari possit quid queritor velit  
audire! quod cū dixerit / intelligat sibi finē doloris futurū. Hec  
disputatio cōprobabitur / si refellemus que in questionibus erūt  
dicta probabili argumentatiōe / idq̄ partibus cōiecture quas āte  
exposuimus facere oportebit. Ab argumētis / et signis / et ce-  
teris locis quibus augetur suspitio dicere hoc mō conuenit. Cū  
multa cōcurrant argumēta et signa / que inter se cōsentiant rem  
perspicuā / nō suspiciolā videri oportere. Itē plus oportere sig-  
nis et argumentis credi / q̄ testibus. hec enī hoc mō exponi! quō  
re vera sint gesta / testes cor rūpi posse / vel precio / vel gratia / vel  
metu / vel simultate. Cōtra argumenta et signa et ceteras suspiti-  
ones dicemus hoc mō. si demōstrabimus nullā rem esse quā nō  
suspitionibus quiuīs possit criminari. Deinde vnāquanq̄ suspi-  
tionē extenuabimus / et dabimus operam / vt ostendamus nihil-  
omāgis in nos q̄ in aliū quenpiā cōuenire! indignum facimus  
esse sine testibus coniecturā et suspitiosā firmamenti satis habere  
Ab rumoribus dicemus / si negabimus temere famā nasci so-  
lere quin sublit aliquid / et si dicemus causā nō fuisse quare quis-  
piam confingeret et cōminisceretur. et preterea si ceteri falli so-  
leant esse argumentabimur hunc esse verū. Cōtra rumores dice-  
mus. primum si multos esse falsos rumores docebimus. et exē-  
plis vtemur! de quibus falsa fama fuerit. et aut inimicos nrōs  
aut hoīnes natura maliuolos / et maledicos cōfinxisse dicemus!  
aut aliquā cōfictā fabulā ī aduersarios afferemus! quā dicamus  
oībus ī ore esse. aut verū rumorē proferemus / qui illis aliquid  
turpitudinis afferat. neq̄ tamē ei rumorī nos fidē hēre dicemus  
ideo q̄ quiuīs hō possit quēuis turpē de quolibz proferre rumo-  
rē! et cōfictā fabulā dissipare. verūtāmē si rumor vehēter proba-  
bilis esse videbitur / argumētādo firmā fidē poterimus abrogare

Quod et difficillima tractatu est cōstitutio cōiecturalis / et quod in veris causis sepiissime tractāda est / eo diligentius omnes eius partes perscrutati sumus / vt ne paruula quidem titubatiōe / aut offensione impediremur / si ad hanc rōnem preceptionis assiduitatem exercitationis accōmodaremus. Nunc ad legitime constitutionis partem transeamus.

De lex partibus legitime constitutionis.

**C**um voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur / si a scripto dicemus / his locis vtemur secundum narrationem. Primum scriptoris collaudatione. deinde scripti recitatōe. deinde percontatione vtemur / scirēt ne aduersarii id scriptum in lege fuisse / aut testamento / aut stipulatione / aut quolibet scripto quod ad eandem rem pertinebit. Deinde collatiōe quid scriptum sit / quid aduersarii se fecisse dicant. quid iudicem sequi conueniat / vtrum id quod diligenter perscriptū sit / an id quod acute sit excogitatum. Deinde ea snia que ab aduersariis sit excogitata et scripto attributa / contemnetur et infirmabitur. Deinde queretur quid ei obfuerit / si id voluisset ascribere / aut non poterit perscribere. deinde a nobis snia reperietur et causa proferetur / quare id scriptor senserit / et demonstrabitur scriptū esse dilucide breuiter / cōmode / perfecte / cum rōne certa. Deinde exempla proferentur. que res cum ab aduersariis snia redderetur / et voluntas afferetur / a scripto potius iudicate sint. Deinde ostendetur quod periculosum sit / a scripto recedere. Locus cōmunis est cōtra eum / qui cum fatetur se cōtra id quod legibus sancitū / aut testamento perscriptum sit fecisse / tamen facti querat defensionem. Ad snia sic dicemus primum laudabimus scriptoris cōmoditatem / atque breuitatem / quod illud scripserit tantum / quod necesse fuerit. Illud quod sine scripto intelligi potuerit / non necessarium scribendum putarit. Deinde dicemus calumniatoris esse officium / verba / et lrās sequi / negligere voluntatem. Deinde id quod scriptum sit / aut non posse fieri / aut non lege / nō more / non natura / nō equo et bono posse fieri. que omnia voluisse

scriptorem quod rectissime fieri nemo dicet. At ea que a nobis sint facta: iustissime esse facta. Deinde contrariam sententiam / aut nullam esse: aut stultam / aut iniustam / aut non posse fieri / aut non consistere cum superioribus et inferioribus sententiis / aut cum iure communi / aut cum aliis legibus ceteribus / aut cum rebus iudicatis dissentire. Deinde exemplorum a voluntate et contra scriptum iudicatorum enumeratione utemur. Deinde legum et stipulationum breuiter exceptarum. In quibus intelligatur scriptoris voluntas et expositio. Locus est communis contra eum qui scriptum recitet: et scriptoris voluntatem non interpretetur.

c Vm due leges inter se discrepent / videndum est primo! an abrogatio! aut derogatio sit. Deinde utrum leges ita dissentiant! ut altera iubeat! altera vetet. an ita! ut altera cogat! altera permittat. Infirma enim erit eius defensio! qui negabit se fecisse quod cogeretur! cum altera lex permetteret. plus enim valet sententia permissione. Item illa defensio tenuis est! cum ostenditur id factum esse quod ea lex sentiat. cui legi abrogatum / aut derogatum sit / et id quod posteriore lege sancitum sit! esse neglectum. Cum hec erunt considerata! statim nostre legis expositione / recitatione / collaudatione utemur. Deinde contrarie legis enodabimus voluntatem! et eam trahemus ad nostre cause commodum. Deinde de iurisdictionali absoluta sumemus rationem iuris. et quereamus partes iuris! utrum cum ea faciant. De qua parte iuris posterius disseremus.

f I ambiguum esse scriptum putabitur! quod in duas aut plures sententias trahi possit! hoc modo tractandum est. Primum sit ambiguum / querendum est! Deinde quomodo scriptum est et si id quod aduersarii interpretantur / scriptor fieri voluisset / ostendendum est. Deinde quod nos interpretamur! et fieri posse! et honeste et recte / lege / more / natura / bono et equo fieri posse. Quod aduersarii interpretantur ex contrario nec esse ambiguum scriptum cum intelligatur vtra sententia vera sit. Sunt qui arbitrantur ad hanc causam tractandam vehementer pertinere cognitionem amphibologiarum! eam que a dyalecticis profertur. nos vero arbi

trahitur nō modo vllō adiumento esse! sed maximo īpedimento.  
Omnes eī dialectici amphibologias aucupantur / eas etiam que  
parte ex altera sniam nullam possunt īterpretari. itaq; alieni ser  
monis molesti interpellatores et scripti tum odiosi tum oblcuri  
interpretes sunt. et dum caute et expedite loqui volunt / infantil  
simi reperiuntur. ita dum metuunt in dicēdo! ne quid ambiguū  
dicant! nomen suum pronuntiare non possunt. Verum horum  
pueriles opiniones rectissimis rōnibus / et cū voles / refellemus  
Impresentiārum hoc interdicere non alienū fuit / vt huius infā  
tie garrulam disciplinā contemneremus.

c Vm diffinitione vtemur primum afferemus breuē voca  
buli diffinitionem hoc mō . Maiestātē is minuit / qui ea  
tollit / ex quibus rebus ciuitatis amplitudo constat. que sunt ea  
que capiunt suffragia populi / et consiliū magistratus . Nempe  
igitur tu et populum suffragio / et magistratum consilio priuā  
sti / cum pontes disturbasti. Item ex cōtrario / maiestātē is minu  
it! qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. ego non affe  
ci / sed prohibui detrimento. Erarium enī cōseruauī. libidini ma  
lorum restiti. maiestatem omnem īterire nō passus sum. Pri  
mū igitur vocabuli snia breuiter / et ad vtilitatē cause accōmoda  
ta describetur. Deinde factum nostrum cū verbi descriptionis rōe  
aptabitur. Deinde cōtrarie descriptionis rōe refelletur. Si autem  
falla erit / aut inutilis / aut turpis / aut iniuriolā / id quoq; ex iu  
ris partibus sumetur de iuridiciali absoluta / de qua iā loquemur  
q Veritur in trāllationibus / primum non aliquis rei eius  
actionē / petitionem / aut executionē habeat quem nō oport  
eat! nū alio modo / tpē / loco? nū alia lege? num alio querēte aut  
agente. Nec legibus et moribus / equo / et bono reperiuntur! de  
quibus dicetur in iuridiciali absoluta.

i In causa rōcinali primū queretur! quid in rebus maiori  
bus / aut minoribus / aut similibus similiter conscriptum  
aut iudicatum sit? Deinde vtrum ea res similis sit ei rei de qua a  
gitur an dissimilis? Deinde vtrū cōsulto ea de re scriptū non sit  
quod voluerit cauere! quod satis cautū putarit propter ceterorū

scriptorum similitudinē. De partibus legitime cōstitutionis factis dictum est. Nunc ad iuridicalem reuertemur.

De partibus iuridicalis cōstitutionis.

a Absoluta iuridicali cōstitutione utemur! cū ipsam rem quā nos fecisse cōfitemur / iure factā dicemus! sine vlla assumptione extranee defensionis. in ea cōuenit queri iure ne factū sit! de ea cā posita dicere poterimus! si ex quibus partibus ius cōstet cognouerimus. Cōstat igitur ex his partibus / natura / lege / cōsuetudine / iudicato / equo et bono pacto. Nature ius est! quod cognationis / aut pietatis cā obseruatur. Quo iure parentes a liberis! et a parētibus liberi coluntur. Lege ius est id quod populi iussa lancitum est. Quod genus! ut in ius eas! cū voceris. Consuetudine ius est! id quod sine lege eque ac si legitimum sit! vlitatum est. Quod genus! id quod argentario obtuleris expensum! a socio eius recte repetere possis. Iudicatum est! id de quo sententia lata est! aut decretum interpositum. Ea sepe diuersa sunt! ut aliud alii iudici! aut pretori! aut cōsuli! aut tribuno plebis placitū sit. et fit! ut de eadē re sepe alius aliud decreuerit aut iudicarit. Quod genus. M. drusus pretor urbanus! quod cū herede mādati ageretur! iudiciū reddidit Sextus iulius nō reddidit. I tē .C. Celius iudex absoluit iniuriatū eū qui. L. poetam in scena noīati lelerat. P. mutius eū qui lutiū actiū poetā noīauerat! cōdenauit. Ergo quia pūt res simili de cā dissimiliter iudicate proferri! cū id vsu venerit! iudicem cū iudice! tempus cum tpe! numerū cum numero iudiciorum proferemus. Ex equo / et bono ius cōstat! quod ad veritatē / et cōmunē vtilitatē videtur pertinere. Quod genus! ut maior annis .lx. et cui morbus cā est / cognitorē det. Ex eo nouum ius cōstitui cōuenit ex tpe et ex hoīs dignitate. Ex pacto ius est si quid inter se pepigerint! si quid inter aliquos cōuenit. Pacta sunt que legibus obseruanda sunt. hoc mō. Rem vbi pāgunt / orōne pāgunt. in comitio aut ī foro ante meridiē cām conicito. Sunt itē pacta que sine legibus obseruantur ex cōuentu! que iure dicuntur prestare. his igitur partibus

bus iniuriam demonstrari / ius confirmari conuenit / idque in absoluta iuridiciali faciendum uidetur.

**c** Vm de comparatione queretur / utrum satius fuerit agere id quod reus dicat fecisse se / aut id quod accusator dicat oportuisse fieri / primum queri conueniet utrum fuerit utilius ex contentione / hoc est utrum uentius / facilius / conducibilius. Deinde oportebit queri / ipsum ne oportuerit iudicare / utrum fuerit utilius / an aliorum fuerit utilius statuendi potestas. Deinde interponetur ab accusatore suspitio ex constitutione coniecturali / qua re putetur non ea ratione factum esse / quo melius deteriori ateponeatur / sed dolo malo negotium gestum de aliqua probabili causa. Deinde queretur / potuerit ne vitari / ne in eum locum ueniretur. Ab defensore refelletur contra argumentatio coniecturalis / de qua ante dictum est. His ita tractatis accusator utetur loco communi in eum qui inutile utili preposuerit / cum statuendi non habuerit potestatem. Defensor contra eos qui equum censeant rem perniciosam utili preponi / utetur loco communi per conuestionem / et simul queret ab accusatoribus / et a iudicibus ipsis / quid facturi essent / si in eo loco fuissent / et tempus locum / rem / deliberationem suam ponet ante oculos.

**t** Translatio criminis est / cum ab reo facti causa in aliorum peccatum transfertur. In qua primum querendum est / vere ne in alium erimen transferat. Deinde spectandum est / si eque magnum sit illud peccatum / quod in alium transfertur / atque illud quod reus suscepisse dicatur. Deinde oportuerit ne in ea re peccare / in qua alius ante peccauerit / deinde oportuerit / ne iudicium ante ferri. Deinde cum factum iudicium non sit de illo crimine / quod in alium transferatur / oporteat ne de ea re iudicium fieri / que res in iudicium non uenerit. Locus communis accusatoris contra eum qui plus censeat vim quam iudicia ualere oportere. Et ab aduersariis percontabitur accusator / quid futurum sit / si idem ceteri faciant / ut de indenantis supplicia sumant. quod eos idem fecisse dicat. Quid si ipse accusator idem facere uoluisset. Defensor eorum peccati atrocitatem proferet / in quos crimine transferetur / rem / locum / tempus ante oculos ponet / ut hi qui audiunt ex istiment / aut non potuisse / aut inutile fuisse rem

in iudicium venire.

**c** Oncellio est! per quā nobis ignosci postulamus. Ea diuiditur ī purgationē! et deprecationem. Purgatio est! cum cōsulito negamus a nobis factum. Ea diuiditur in necessitudinē / fortunam / imprudentiā. De his partibus primū ostendendū ē. deinde ad deprecationē reuertendum videtur. Primum considerandū est! nū per culpam ventum sit ī necessitudinem! nū culpam veniendi necessitudo fecerit! deinde querendum est! quomodo vis illa deuitari potuerit / ac leuari! Deinde is qui in necessitudinem cām conferet! expertus ne sit! quid cōtra facere! aut excogitare possit! Deinde que suspitiones ex cōiecturali cōstitutioe trahi pollint! que significant id cōsulito factū esse / quod necessario accidisse dicitur. Deinde si maxima necessitudo quepiam fuerit! cōueniat ne eā satis idoneā causam putari. Si autem imprudentia se reus peccasse dicet! primum queretur vtrū potuerit scire! an nō potuerit! Deinde vtrum data sit opera / vt sciretur! an non! Deinde vtrum casu nescierit an culpa! nā qui se propter vinum / aut amorem / aut iracundiā fugisse rōnem dicet! is aī vitio videbitur nescisse / nō ī prudentia. quare nō imprudentia defendit! sed culpa cōtaminabit personā. Deinde cōiecturali constitutione queretur vtrum scierit! an ignorauerit! et cōsiderabitur satis ne imprudentia (cum factū esse constat) presidii debeat esse.

Cum in fortunā cā cōferetur! et ea re defensor ignosci reo dicet oportere / eadem omnia videntur cōsideranda / que de necessitudine perscripta sunt. Etenī oēs he tres partes purgatiōis iter se finitiue sunt / vt in oēs fere eedem res possint accōmodari. Locū cōmunes in his causis accusatoris cōtra eū qui cum se peccasse cōfiteatur / tamen oratiōe iudices demoretur. Defensoris locus de humanitate / mīa / voluntatem in oībus rebus spectari conuenire. que cōsulito facta nō sunt! in eis fraudem esse nō oportere

**d** Eprecationē vtemur! cum fatebimur nos peccasse! neq; id imprudenter / aut fortuito / aut necessario fecisse dicemus / et tamen ignosci postulabimus nobis. Sic ignoscendi rō queretur ex his locis / si plura aut maiora officia! q̄ maleficia videbū

tar eōstare. si qua virtus / aut nobilitas erit ī eo / qui supplicabit  
si qua spes erit vsui futura / si sine supplicio discesserit. si ipse ille  
simplex mansuetus / et misericors in ptātibus ostendetur fuisse.  
si ea que peccauit non odio neq; crudelitate / sed officio et recto  
studio cōmōtus fecerit. si tali de cā aliis quoq; ignotū sit. si nihil  
ab eo periculi nobis futurū videbitur / si eū missum fecerimus.  
si nuīla a nrīs ciuibus / aut ab aliqua ciuitate vituperatio ex ea  
re suscipietur. Loci cōmunes / de hūanitate / fortuna / mīa / rerū  
cōmutatione. His locis oībus ex contrario vtetur is / qui cōtra-  
dicet cū āplificatione et enumeratione peccatorū. Nec cā iudici-  
alis fieri non pōt / vt in libro primo ostendimus / sed qz pōt ad  
senatum consilium venire / non visa est superledenda.

c Vm a nobis crimen remouere volumus / aut in rē / aut ī  
hominem nrī peccati cām conferemus. Si causa in hoīs  
conferetur / querendū erit primū / potueritne tantū q̄tum reus  
demonstrabit is / in quem cā cōferetur / et quomō / aut honeste /  
aut sine periculo potuerit obsistere. si maxime ita sit / nū ea in re  
ita concedi reo conueniat / quod alieno inductu fecerit / deinde in  
coniecturalē trahetur controuersia / et queretur nū consulto fa-  
ctū sit. Si cā in rem q̄dam confertur / et hec eadem fere et omīa  
que de necessitudine precepimus / consideranda erunt.

#### De argumentationibus.

q Voniā satis ostendisse videmur / quibus argumentationi-  
bus ī vnoquoq; genere cause iudicialis vti conueniret / cō-  
sequi videtur / vt doceamus quemadmodū ipsas argumentatōes  
ornate et absolute tractare possimus. Nā fere nō difficile est in-  
uenire quid sit cause adiuuētō. Difficillimū vero est inuentum  
expolire / et expedite pronuntiare. Nec. n. res facit / vt neq; diu-  
tius q̄ satis sit in eisdē locis cōmoremur / nec eadē sepe indentidē  
reoluamus / neq; inchoatā argumentationē relinquamus / neq;  
incōmode ad aliam inde transeamus. Itaq; hac rōne / et ipsi me-  
minisse poterimus / quid ī vnoquoq; loco dixerimus / et auditor  
tū totius cause / tū vniuscuiusq; argumētatōis distributionē per-  
cipere / et meminisse poterit. Ergo absolutissima et perfectissima



est argumentatio / ea que in quinque partes est distributa. Propo-  
sitione / Ratione / Rationis confirmatione / Exornatione / Complexi-  
onem. Propositio est per quam ostendimus summam quid sit / quod  
probari velimus. Ratio est causa / que demonstrat verum esse id / quod  
intendimus breui subiunctione. Rationis confirmatio est ea / que  
pluribus argumentis corroborat breuiter expolitam rationem. Exor-  
natio est / qua utimur rei honestate / et locupletande causa confirma-  
ta argumentatione. Complexio est / que concludit breuiter colligens  
partes argumentationis. Istis igitur quinque partibus ut absolutis-  
sime utamur / hoc modo tractabimus argumentationem. Causam oste-  
demus vixi fuisse / quare interfecit aiacem. Inimicum enim acerrimum  
de medio tollere volebat / a quo sibi non iniuria summum periculum  
metuebat. videbat enim illo in columi se incolumem non futurum. Spe-  
rabat illius morte salutem sibi comparere. Consueuerat enim si iure non  
poterat / iniuria quauis inimico exitum machinari. cui rei mors in-  
digna palemedis testimonium dat. Ergo et metus periculi horta-  
batur eum iterum / a quo supplicium verebatur. et consuetudo pec-  
candi / maleficii suscipiendi remouebat dubitationem. Omnes. nam-  
que minima peccata cum causa suscipiunt / tum vero illa que multo ma-  
xima sunt maleficia aliquo certo emolumento inducti suscipere  
conantur. Si multos induxit in peccatum pecunie spes / si complures  
scelere se contaminarunt imperii cupiditate / si multi leue compendium  
fraude maxima commutauerunt / cui mirum videbitur / istum a malefi-  
cio propter acerrimam formidinem non temperasse / virum fortissimum / in-  
tegerrimum / inimicitiarum / persecuentissimum / iniuria lacessitum / ira  
exulscitatum homo timidus / nocens / conscius sui peccati / insidiosus  
inimicum esse incolumem noluit / cui tandem hoc mirum videbitur. Nam  
cum feras bestias videamus alacres et erectas vadere / ut alteri be-  
stie noceant / non est incredibile putandum istius quoque animi ferum  
crudeliter atque inhumanum cupide ad inimici perniciem profectum. pre-  
sertim cum in bestiis nullam neque bonam / neque malam rationem videamus  
in isto plures pessimas rationes sepe fuisse intelligamus. Si ergo  
pollicitus sum me daturum causam / quam vlixes inductus accesserit ad  
maleficium / et si inimicitiarum acerrimam rationem / et periculi me-

tum intercellisse demonstraui! non est dubium quin confiteatur  
causam maleficii fuisse. Ergo absolutissima est argumentatio ea  
que ex quinque partibus constat. sed ea non semper necesse est uti. Et  
tum complexione supercedendum est / si res breuis est / ut facile me-  
moriam comprehendatur. Tum exornatio pretermittenda est / si paru-  
locuples ad amplificandum et exornandum res ipsa videtur esse. Sin bre-  
uis erit argumentatio / et res tenuis aut humilis / tum exornati-  
one et complexione supercedendum est. In omni argumentatione de  
duabus partibus postremis hec quae exposui / ratio est habenda. Er-  
go amplissima est argumentatio quinquepartita breuissima est tripartita. me-  
diocris sublata aut exornatione aut complexione quadripartita.

#### De vitiolis argumentationibus.

¶ **S**unt genera vitiosarum argumentationum. Vnum quod  
ab aduersario reprehendi potest / id quod pertinet ad causam.  
alterum quod tamenti nugatorium est / tamen non indiget reprehensio-  
ne. Que sunt que reprehensione confutari conueniat / que tacite  
contemni atque vitari sine reprehensione / nisi exemplum subiecero  
intelligere dilucide non poteris. Hec cognitio vitiosarum ar-  
gumentationum duplicem utilitatem affert. nam et vitare in argumē-  
tatione vitium admonebit / et ab aliis non vitatum comode reprehea-  
dere docebit. Quonia igitur ostendimus perfectam et plenam con-  
stare argumentationem ex quinque partibus / in vnaquaque parte argu-  
mentationis que vitia vitanda sunt / consideremus / ut et ipsi ab  
his vitiis recedamus / et aduersariorum argumentationes hac pre-  
ceptione in omnibus partibus temptare / et ab aliqua parte sui labe-  
factare possimus.

**E**xpositio vitiosa est / cum ab aliqua / aut a maiore parte ad  
omnes confertur id quod non necessario est omnibus attributum  
ut si quis hoc modo exponat. Omnes qui in paupertate sunt / ma-  
lunt maleficio parare diuitias / quam officio paupertatem tueri. Si  
quis hoc modo exposuerit argumentationem / ut non curet querere /  
qualis ratio / aut rationis confirmatio sit / ipsam facile reprehendemus  
expositionem / cum ostendemus id quod in aliquo paupere improbo sit

id in omnes pauperes falso / et iniuria cōferri. Item vitiosa  
expositio est / cum id quod raro fit / fieri omnino negatur. hoc mō  
Nemo pōt vno aspectu / neq; preteriēs in amorem incidere. nam  
cū non nemo deuenerit in amorem vno aspectu / et cum ille ne  
minē dixerit / omnino nihil differt raro id fieri / dum modo ali  
quādo fieri / aut posse fieri intelligatur. Item vitiosa expo  
sitiō est / cum omnes res ostēdemus nos collegisse / z aliquā rē ido  
neam preterimus. hoc modo. Quoniā igitur hominē occisū cō  
stat esse / necesse est aut a predonibus / aut ab inimicis esse occisū /  
aut abs te / quem ille heredem testamēto experte faciebat. predo  
nes in illo loco nūq; visi sunt. inimicū nullū habebat. relinqui  
tur ergo / si neq; a predonibus neq; ab inimicis occisus est (quo  
niā alteri nō erāt / alteros nō habebat) vt abs te sit interemptus.  
Nā in huiusmodi expositiōe reprehēlione vtemur / si quos pre  
ter eos quos ille collegerit / potuisse suscipere maleficiū ostēderi  
mus. velut in hoc exēplo / cū dixerit necesse eē aut a predonibus  
aut ab inimicis / aut a nobis occisum eē / dicemus potuisse / vel a  
familia / vel a coheredibus nostris. Cū hoc modo eorū collectio  
nē disturbauerimus / nobis latiorē locū defendēdi relinquemus.  
Ergo hoc quoq; vitādum est in expositione / ne quādo cū oīa col  
legisse videamur / aliquā idoneā partē reliquerimus. Itē vici  
ola expositio est / que constat ex falsa enumeratiōe / vt si cū plura  
sint / pauciora dicamus. hoc modo. Due res sūt iudices / que om  
nes ad maleficiū cōpellūt / luxuries et auaritia. Quid amor / in  
quiet quispiā. quid ambitio / quid irreligio / quid metus mortis  
quid imperii cupiditas / quid deniq; alia permulta. Itē falsa  
enumeratio est / cū pauciora sunt / et plura dicimus. hoc modo.  
Tres res sunt que homines oēs sollicitant metus / cupiditas / e  
gritudo. satis enī fuerat dixisse metū / cupiditatē. quoniā egritu  
dinē cum vtrāq; re coniūctā esse necesse est. Item vitiosa expo  
sitiō est / que nimīū lōge repetitur. hoc mō. Oīm malorū stulti  
cia est mater / atq; materies / que parit in mēlas cupiditates. in mē  
se porro cupiditates infinite / immoderate sūt. he pariūt auaritiā  
Auaricia porro hominē ad quoduis maleficium impellit. Ergo

auaritia inducti aduersarii nostri hoc in se facinus admiserunt.  
Hic id quod extremū dictum est / satis fuit exponere. ne Enniū  
et ceteros poetas imitemur / quibus hoc modo loqui concessum  
est. Vtinam ne in nemore Pelio securibus cece cecidissent abies  
ne ad terram trabes / ne ve inde nauis inchoande exordiū cepisset  
que nunc nominatur argo / qua argiui vecti in eadem lecti viri  
petebant inauratam pellem arietis colchis imperio regis Pelie  
per dolum. nam nunquā hera mea errās medea efferret pedē do-  
mo. Nam hic satis erat dicere / si id modo quod satis eēt / curasset  
poeta / utinam ne hera errans mea domo efferret pedē animo e-  
gra / amore saucia. Ergo hac quoque repetitione ab ultimo in ex-  
positionibus magnopere super sedendum est. non enī reprehēsiōe  
sed sicut alie complures / sua sponte viciosa est.

Iciosa ratio est / que ad expositionē non est accommodata /  
vel propter infirmitatē / vel propter vanitatem. Infir-  
ma ratio est / que nō necessario ostendit ita esse / quēadmodum ex-  
positum est. velut apud plautum amicū castigare ob meritā nox-  
am immane est facinus / verum in etate vtile / et cōducibile. Nec  
expositio est. Videamus que ratio afferatur. Nā ego hodie ami-  
cum meū nō castigabo pro cōmissa noxa. Ex eo quod ipse factu-  
rus est / nō ex eo quod fieri cōuenit / vtile quid sit / ratiocinatur.

Vana ratio est / que ex falsa causa constat. hoc modo. Amor  
fugiendus nō est. nam ex eo verissima nascitur amicitia. aut hoc  
modo. Philosophia vitanda est. affert enī securiam / atque delidiā.  
nam he rationes nisi false essent / expositiones quoque earū veras  
esse cōfiteremur. Item infirma ratio est / que non causam ne-  
cessariam affert expositionis / velut paccuius. fortunā insanā eē  
et cecā et brutam perhibent philosophi. saxiq; instar globoli esse  
predicant volubilem. quia quo saxum impulerit fors / eo cadere  
fortunam autumant. Cecā ob eam rem eē iterant / quia nihil cer-  
nat / quo sese applicet. Insanam autē esse aiūt / quia atrox / incerta  
instabilisq; sit. brutam / quia dignum atque indignum nequeat in-  
ternoscere. Sūt autē alij philosophi / qui cōtra fortunā negāt vi-

lam eē miseriam aut humanitatem! s; temeritate regi omnia au-  
tumant. Ad magis verissimile eē aiunt! quod vltus re ipsa ab se  
experiendo edocet. velut Orestes modo. fuit rex / factus est men-  
dicus modo / naufragio nempe res ista cōtigit. Ergo id nō forte  
aut fortuna obtigit. Nam hic pacuuius infirma ratione vtitur!  
cum ait verius esse temeritate / q̄ fortuna res geri. nam vtraq;  
opinionē philosophorum fieri potuit / vt is qui rex fuisset men-  
dicus factus esset. Item infirma ratio est! cum aliquid vide-  
tur pro ratione afferri! sed idem dicit! quod in expositione dictū  
est. hoc modo. Magno malo est avaritia hominibus! idcirco q;  
homines magnis et multis incōmodis afflictantur propter in-  
mensam pecunie cupiditatem. Nam hic aliis verbis idem per  
rationem dicitur! quod dictum est per expositionem. Item  
infirma ratio est! que minus idoneam q̄ res postulat / causā sub-  
iicit expositionis. hoc modo. Vtilis est sapiētia! propterea q; qui  
sapientes sunt! pietatem colere consueuerūt. Item vtile est ami-  
cos habere. Habebas enim / quibus cum iocari possis. nam in hu-  
iulmodi rationibus non vniuersali neq; absoluta! sed extenuata  
ratione expositio confirmatur. Item infirma ratio est! que  
vel alii expositioni potest accommodari. vt facit pacuuius! qui  
eamdem affert rationē / quare ceca! eandem / quare bruta fortu-  
na dicatur.

In cōfirmatiōe rationis multa et vitanda in nostra / et ob-  
seruāda in aduersariorum oratione sunt vicia. Propterea  
que diligentius consideranda sunt! q; accurata cōfirmatio ratio-  
nis totam vehemētissime comprobatur argumētationem. Vtūtur  
igitur studioli in confirmanda ratione / duplici conclusiōe hoc  
modo. Iniuria abs te afficio indigna pater. nam si improbum  
eē threspōtē existiabas! cur me hiis locabas nupciis? Si est pro-  
bus! cur talē inuitā inuitū cogis reliquere? Que hoc mō cōclu-  
dētur! aut ex cōtrario cōuertētur! aut ex simplici parte reprehēden-  
tur. Ex cōtrario hoc mō. nulla te indigna z nata afficio iūria. si  
probus ē / locavi. sin aut improbus ē! diuortio liberabo te incōmo

dis. Ex simplici parte reprehēdetur! si ex duplici conclusione al-  
terutra pars diluitur. hoc modo. Nam si improbū esse threspō-  
tem existimabas! cur me his locabas nuptiis? Duxi probū. erra-  
ui. post cognoui / et nūc fugio cognitū. Ergo reprehēlio huius-  
modi conclusionis duplex est / acutior illa superior / facilior hec  
posterior ad cogitandū. Item viciosa cōfirmatio est rationis!  
cum ea re / que plures res significat / abutimur pro certo vnius  
rei signo. hoc modo. Necesse est quoniā pallet egrotasse / aut ne-  
cesse est peperisse! quoniā sustinet puerum infantē. nam hec sua  
spōte certa signa non habēt / si non cetera quoq; similia cōcurrāt.  
quod si concurrerint! non nihil illius modi signa adaugēt suspi-  
tionem. Item viciosa est quādo vel in aliū vel in eum ipsū  
qui dicit! id quod dicitur in aduersariū / potest cōuenire. hoc mō  
Miseri sunt! qui vxores ducūt. at tu duxisti alterā. Item vici-  
olum est id quod vulgarē habet defensionē. hoc modo. Iracūdia  
ductus peccauit / aut adolescentia / aut amore. Huiusmodi aut de-  
precationes si probabuntur impune! in maxima peccata dilabē-  
tur. Item viciolum est! cum id pro certo sumitur! quod iter  
omnes non cōstat! quod etiā nūc in controuersia est. hoc modo.  
Eho tu. dū quibus est potestas motus superum atq; inferū pacē  
inter se conciliant. cōferunt cōcordiam. Nā ita pro suo iure hoc  
exemplo vsum threspōtem Ennius induxit! quasi iam satis cer-  
tis rationibus ita esse demōstrasset. Item viciolum est! quod  
iam quasi sero / atq; acto negotio dici videtur. hoc modo. In mē-  
tem mihi si venisset quiritēs! nō cōmissem! vt in hunc locum  
res deueniret. nam hoc haud hoc fecissem. sed me tum ratio hec  
fugit. Item viciolum est! cū id quod in aperto delicto positū  
est. tamē aliqua leui tegitur defensione. hoc modo. Cum te ex-  
pectabant omnes florentissimo in regno / reliqui. nunc cum de-  
sertus es ab omnibus! summō periculo solus vt te restituam!  
paro. Item viciolum est! quod in aliam partem ac dictum  
est / potest accipi. Id est huiusmodi! vt quis potens ac factio-  
sus in cōciōe dixerit! latius est vti regibus! q̄ vti malis legibus

nam et hoc tæsti reip. augende cā potest sine malicia dici / tamē  
propter potentiam eius qui dicit / non dicitur sine atroci suspiti  
one. Item vitiosum est fallis aut vulgaribus diffinitionibus  
vti. Falle sunt hmōi vt si quis dicat iniuriam esse nullam nisi eā  
que expullatione / aut conuitio constet. Vulgares sunt / que ni  
hilominus in aliam rem transferri possunt. vt si quis dicat. qua  
druplator (vt breuiter dicam) capitalis est. Est enī improbus / et  
pestifer ciuis. Nam nihilomagnis quadruplatoris / q̄ iuris / q̄ lic  
carii / aut proditoris attulit diffinitionem. Item vitiosum est  
pro argumento sumere / quod in disquisitione positum est. vt si  
quis quem furti arguat / dicat eum hominē improbum / auarū /  
fraudentum / ei rei testimonium esse / q̄ sibi furtum fecerit.

Item vitiosum est controuerſiam controuerſia dissoluere.  
hoc modo. Non conuenit cenſores istum vobis latifacere / eo q̄  
ait se non potuisse adesse / ita vt iuratus fuerat. quid si ad exerci  
tum nō venisset / id ne tribuno militum diceret. Hoc ideo vitio  
sum est / quia non expedita / aut iudicata res / sed impedita / et in  
simili controuerſia posita exempli loco profertur. Item vitio  
sum est / cū id de quo summa controuerſia est / parum expe  
ditur / et quali transactum sit relinquatur. hoc modo. Aperte  
fatur dictio (si intelligas) tali dari arma / qualis ille qui gessit fu  
it. iubet potiri si studeamus pergamo que ego mea profiteor eē  
me enim equum est frui fraternis armis / mihiq; adiudicariet /  
vel q̄ propinquus / vel virtutis eius emulus sum. Item viti  
osum est ipsum sibi in sua orōne dissentire / et contra ea que ante  
dixerit dicere / hoc modo. Qua cā acculem hunc / nequeo mecum  
id disputando euoluere. nam si veretur / quod eum acculem qui  
est probus / si inuerecundum animi ingenium possidet / quid eū  
acculem qui id parui auditu existimet. Non incōmoda rōne vi  
detur sibi ostendisse / quare non accusaret. quid postea quod ait.  
Nūc te ab sūmo iā detexā exordio. Itē vitiolū ē / quod dicitur  
cōtra iudicis voluntatē / aut eorū qui audiūt. si aut partes quibus  
illi student / aut hoīes quos illi charos habēt / ledātur / aut aliquo

hūmōi vitio leditur auditoris voluntas. Item vitiosum est nō  
omnes res cōfirmare / quās pollicitus sis in expōitione. Itē  
verendū est / ne de alia re dicatur / cum alia de re cōtrouersia sit.  
Inq; hūmōi vitio considerandum est / ne aut ad rem addatur quid  
aut quidpiam de re detrahatur / aut tota cā mutata in aliam cām  
dericietur. Vti apud pacuuium zethus cum āphione. querū cō  
trouersia cum de musica inducta est / disputatio insipientie rōnē  
et virtutis vtilitatem cōsumitur. Item considerādum est / ne  
aliud accusatoris criminatio contineat / aliud defensoris purga  
tio purget. quod sepe cōsulto multi ab reo faciunt āgustis cause  
coacti. Vt si quis acculetur ambitu magistratū petiisse / ab impe  
ratoribus se penumero dicat apud exercitū donatum esse. Hoc si  
diligenter ī oratione aduersariorū obseruauerimus / sepe depre  
hendemus. et in eiusmodi deprehensione ostendemus / eos de ea  
re quid dicant / non habere. Item vitiosum est artem ac scien  
tiam / aut studium quodpiam vituperare propter eorum vitam  
qui in eo studiosi sunt. veluti qui rhetoricā vituperant / propter  
alicuius oratoris vituperādā vitam. Item vitiosum est / ex  
eo quod perperam factū constet esse / putare ostendi a quo hōine  
factum est. hoc modo. Mortuum deformatū / tumore peditum  
decoloratū constat fuisse. ergo veneno necatū. Deinde si sit vsq;  
adeo occupatus in eo (vt multi faciunt) venenum datū vitio nō  
mediocri cōflictetur. non. n. factū ne sit queritur / sed a quo fa  
ctum sit. Item vitiosum est in cōparandis rebus alteram rem  
efferre / de re alteram mentionē nō facere / aut negligentius dis  
putare. vt si cōparetur vtrum satius sit / populū frumentū acci  
pere an nō / que cōmoda sint in altera re curet enumerare / que ī  
cōmoda sint velut depressa pretereat / aut ea que mīma sūt dicat.

Item vitiosum est in rebus comparandis necesse putari alte  
ram rem vituperari / cū alterā laudes. Quodgenus si queratur  
vtrius maior honor habēdus sit albēlibus / aut vegētinis qui reip  
aut Do. Ro. profuerit / et is qui dicat alteros ledat. nō eī necesse  
est si alteros preponas / alteros vituperare. fieri enī pōt / vt cum



alteros magis laudes / aliquā aīteris partem laudis attribuas /  
ne cupide pugnasse puteris contra veritatē. Itē vitiosū est de  
noīe / et vocabulo eius rei cōtrouerfiā struere / q̄ rem cōluetudo  
optime pōt iudicare. velut sulphicius qui intercellerat / ne exules  
quibus cām dicere nō licuisset / reducerentur. et idē postea īmu-  
tata voluntate / cū eandē legē ferret / aliā legem se se ferre dicebat  
propter noīm cōmutationē. nā nō exules / sed vi eiectos se redu-  
cere aiebat. proinde quasi id fuisset in cōtrouerfia / quo illi noīe  
appellerentur a Po. Ro. aut proinde quasi nō oēs quibus aqua  
et igne interdictum est / exules appellerentur. Verum illi fortasse  
ignoscimus / si cum cā fecit. nos tamen intelligamus vitiosū esse  
intendere controuerfiam propter nominum mutationem.

q Voniā exornatio cōstat ex similibus et exēplis / et āplifica-  
tionibus et iudicatis et ceteris rebus que pertinent ad ex-  
augendā / et collocupletandā argumentationē / que sint his rebus  
vitia cōsideremus. Simile vitiosū est / id quod ex aliqua parte  
dissimile est / nec hz rōnem cōparatiois / aut sibi ipsi obest / qui af-  
fert. Exemplū vitiosū est / si aut fallū est / vt reprehendatur /  
aut īprobū / vt sit imitādū / aut maius / aut minus q̄ res postulat

Res iudicata vitiose proferetur / si aut dissimili de re profere-  
tur / aut de ea re q̄ de cōtrouerfia nō est aut si īproba / aut eiusmo-  
di / vt aut plures / aut magis idonee res iudicate ab aduersariis  
proferri possint. Itē vitiosū est id quod aduersarii factū eē cō-  
fitentur / de eo argumentari / et planū facere id quod cōstat factū  
esse. Nā id tantū augeri oportet. Itē vitiosū est / id augere / q̄  
cōuenit doceri. hoc mō. vt si quis quē arguat hōiem occidisse / et  
anteq̄ satis idoneas argumentationes attulerit / augeat peccatū  
et dicat nihil indignius esse q̄ hōiem occidisse. Nō. n. vtrū indi-  
gnum sit / an non / sed factum ne sit queritur.

c Omplexio vitiosa est / que nō quodq̄ quod primū dictū  
sit / cōplectitur. et que nō breuiter cōcluditur. et que non  
ex enumeratiōe certum et constans aliquid relinquit / vt intelli-  
gatur quid propositū ī argumentatiōe sit / quid deinde in rōne /  
quid in cōfirmatiōe / quid tota argumentatione demōstratū sit.

### De conclusione.

c Conclusiones (que apud grecos epylogi noiantur) tripartite sunt. Nam constant ex enumeratione et amplificatione et commiseratione. Quattuor locis uti possumus conclusionibus. In principio / secundum narrationem / secundum firmissimam argumentationem in conclusione.

e Numeratio est / per quam colligimus et commonemus / quibus de rebus verba fecerimus breviter / et renouetur non reintegretur oratio. Et ordine ut quicquid erit dictum / referamus / ut auditor si memorie mandauerit / ad idem quod ipse inemerit / reducat. In qua curandum est / ne aut ab exordio / aut a narratione repetatur orationis enumeratio. facta enim / et delecta opera comparata oratio videbitur esse artificii significandi ingenioque vendicandi et memorie ostendende causa. Quod propter initium enumerationis laudandum est a diuisione. Deinde breviter ex ordine exponende sunt res que tractate erunt in confirmatione / et confutatione.

a Amplificatio est res / que per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. Loci communes decem ex preceptis commodissime sumuntur. Primus locus sumitur ab auctoritate cum memoramus quante cure ea res fuerit diis immortalibus / aut maioribus nostris / regibus / ciuitatibus / nationibus / hominibus sapientissimis / et senatui. Item maxime quomodo de his rebus in legibus sancitum sit. Secundus locus est / cum consideramus illas res / de quibus criminamur / ad quos pertineant. utrum ad omnes / quod atrocissimum est. an ad superiores / quod genus hi sunt / a quorum auctoritate locus communis sumitur. an ad pares / hoc est in eisdem partibus animi / corporis fortunarum positos. an ad inferiores / qui his omnibus rebus antecellunt. Tertius locus est / quo percontamur / quid sit euenturum / si omnibus idem concedatur. et ea re neglecta ostendemus / quid periculis atque incommodis sequeatur. Quartus locus est quo demonstratur / si huic sit remissum / auitos alacriores ad maleficia futuros / quos adhuc expectatio iudicii remoratur. Quintus locus est / per quem ostendimus si semel aliter iudicatum sit / nullam rem fore que incommodum mederi aut iudicium erratum corrigere possit. quo in loco

nō incommodū erit vti ceterarum rerū cōparatione! vt ostenda-  
mus alias res posse aut vetustate ledari / aut consilio corrigi! hu-  
ius vero rei aut leniende / aut corrigende nullam rem adiuuētō  
futuram. Sextus locus est cum ostendimus ex consulto fa-  
ctum! et dicimus voluntario facinori nullam exculationem esse  
īprudentie et iustam deprecationem paratam. Septimus lo-  
cus est! quo ostēdemus tetrum facinus / crudele / nephariū / tyrā-  
nicum esse. Quod genus iniuriā mulierum / aut earū rei um ali-  
quid / quarum rerū cā bella suscipiūtur! et cū hostibus de vita di-  
micatur. Octauus locus est! quo ostendimus nō vulgare! sed  
singulare esse maleficiū / spurcū / nephariū / inulitatū / quod ma-  
turius et atrocius vindicandū est. Nonus locus est ex cōpara-  
tione peccatorū! quasi cum dicemus id maius esse maleficiū stu-  
prare ingenuam! q̄ sacrum ledere. q̄ alterum propter egestatē /  
alterū propter intemperantiā superbiā fiat. Decimus locus ē  
per quem oīa que in negotio gerendo acta sunt! queq; cōsequi so-  
lent / exponemus acriter / criminose diligēter! vt agi res et nego-  
tium geri videatur rerū consequentiū enumeratione.

miseriordia cōmouebitur auditoribus! si variā fortunarum  
cōmutationē dicemus. Si ostēdemus ī quibus cōmodis su-  
imus quibusq; icōmodis simus cōparatiōe. Si que nobis futura  
sūt (nisi cāz obtinuerimus) enumerabimus / et ostēdemus. Si sup-  
plicabimus et nos sub eorum quorum misericordiam captabi-  
mus / potestatem subiitiemus. Si quid nostris parentibus / li-  
beris / ceterisq; necessariis casurum sit / propter nostras calami-  
tates aperiemus / et simul ostendemus nos illorum sollicitudine  
et miseria non nrīs incōmodis dolere. Si de clementi huānitate  
nrā qua in alios vli sumus! aperiemus. Et si nos sēper aut  
diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrū fatū / aut fortunā cō-  
queremur. Si aīm nostrū fortē / patientē icōmodorū ostēdemus  
futurū. Cōmiserationē brevē esse oportet. nihil eī lacrima citius  
arescit. Fere locos obscurissimos totius artificii tractauimus  
in hoc libro. quapropter huic volumini modus sit hic. Reli-  
quas p̄ceptiones quoad v̄debitur in tertium librum trans-

feremus. Nec si vt cōquillite cōscripsimus! ita tu diligēter et nobiscum et sine nobis considerabis / et nos industrie fructus ex tua concia capiemus / et tute nostram diligentia laudabis / tuaq; perceptione letabere. tu scientior eris preceptorū artificio. nos alacriores ad reliquum persolueūdū. Verum hec futura satis scio. te enim nō ignoro. Nos deinceps ad cetera precepta trāeamus vt (quod libentissime faciemus) tue rectissime voluntati morē geramus.

Explicit Liber Secundus.

Incipit Liber Tertius.

a **D** omnē iudicialē causā / quemadmodū cōueniret i uentionē rerū accommodari! satis abundāter (vt arbitror) superioribus libris demonstratum est. Nūc earū rōnem rerū inueniendarū que pertinebant ad causas deliberatiuas et demonstratiuas! in hunc librū transtulimus vt oīs inueniēdi preceptio tibi cōprimū persolueretur. Reliquae quattuor partes erant artificii. de tribus partibus i hoc libro dicemus. dispositione / memoria / pronuntiatōe. De elocutione (qz plura dicenda videbantur) in quarto libro cōscribere maluimus quem (vt arbitror) tibi librum celeriter absolutū mitemus! ne quid tibi rhetorice artis deesse possit. Interea prima queq; et nobiscum cum uoles interdum sine nobis legendo consequere! ne quid impedire / quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis. Nunc tu fac attentum te prebeas. nos proficisci ad instituta pergemus.

De causa deliberatiua.

**D** Eliberationes partim sunt eiusmodi! vt queratur utrum potius sit faciendum. partim eiusmodi! vt quid faciendū sit potissimum consideretur. utrum potius hoc modo. Carthago tollenda / an relinquenda videatur. quid potissimum / hoc modo! vt si hannibal consultet (cum ex italia cartaginem accersitur) an in italia remaneat / aut domum redeat? An in egyptum profectus occupet alexandriam? Item deliberationes partim ipse propter se consulande sunt. vt si deliberet senatus cap-

tuos redimat ab hostibus an nō? partim propter aliq̄ extraneā  
causam veniunt indeliberationē / et consultationē. vt si deliberet  
senatus bello italico soluat ne legibus scipionem! vt eum liceat  
ante tempus consulē fieri? partim et propter se sunt deliberande  
et magis propter extraneam cām veniunt in consultationē. vt si  
deliberet senatus / bello italico sociis det ciuitatē an non? In qui  
bus causis rei natura faciet deliberationem! omnis rō ad ipsā rē  
accōmodabitur. In quibus extranea cā conficiet deliberationem  
in his ea ipā cā erit ad augenda / aut deprimenda. Omnes rōnes  
eorum qui Inīam dicent finem sibi cōueniet vtilitatis propone-  
re! vt oīs ad eam totius orōnis rō conferatur. Vtilitas in du  
as partes in ciuili consultatione diuiditur! tutam et honestam.  
Tuta est! que conficit instantis / aut cōsequētis periculi vitatōez  
qualibet rōne. Nec distribuitur in vim / et dolum / quorum aut  
alterum separatim / aut vtrunq; sumemus cōiuncte. Vis decerni  
tur per exercitus / classes / arma / tormenta / reuocationes hoīm!  
et alias hmōi res. Dolus consumitur in pecuniā / pollicitationē /  
dissimulationē / maturationē / mentionem et ceteras hmōi res de  
quibus magis idoneo tpē loquemur! si quādo de re militari / aut  
de admīstratiōe rep. scribere velimus. Honestas res diuiditur  
in rectū et laudabile. Rectum est! quod cū veritate et officio fit.  
Id diuiditur ī prudētiā / iusticiā / fortitudinē / modestiā. Prudētia  
est calliditas! que rōne quadam pōt delectū habere bonorum et  
malorū. Dicitur itē prudentia scīa cuiusdē artificii. Itē appella-  
tur prudentia multarū rerū memoria / et vltus cōpluriū negotio  
rū. Iusticia est equitas ius vnicuiq; tribuēs pro dignitate cuiusq;  
Fortitudo est rerū magnarū appetitio! et rerū humiliū contēp-  
tio et laboris cū vtilitatis rōne perpessio. Modestia est in aīo cōti-  
tinens moderatio cupiditātū. Prudētie partibus vtemur ī dī-  
cēdo! si commoda cum incommodis conferemus! cum alterum  
sequi! vitare alterum cohortamur, aut si qua in re cohortabi-  
mur aliquid fieri! cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam  
poterimus habere / et quomō aut qua quidq; ratione fieri pos-  
sit! ostendemus, aut si suadebimus quidpiam cuius rei geste /

aut presentem / aut auditā memoriā poterimus habere. quā in re facile id quod velimus / exemplo allato persuadere poterimus

**Iusticie** partibus utemur / si aut innocentum / aut supplicum misereri dicemus oportere. si ostendemus bene merentibus gratiam conferri convenire. si demonstrabimus vicisci malemeritos oportere. si fidem magnopere cenlebimus conseruandā. si leges et mores citatis egregie dicemus seruari oportere. si societates / et amicitiam dicemus studiose coli convenire. si quod ius in parentes deos / patriam / nature cōparavit / id religiose colendū demonstrabimus. si hospitia / clientelas / cognationes / affinitates / caste colendas esse dicemus. si nec precio / nec grā / nec similitate / nec periculo / a via recta ostendemus deduci oportere. si dicemus equabile ius in oībus statui convenire. His atq; hūmōi partibus iusticie si quā rem in cōtione aut consilio faciendam cenlebimus iustam esse ostendemus. contrariis iniustam. Ita fiet / vt eisdem locis / et ad suadendum et dissuadendum simus cōparati. Sin fortitudinis retinende cā faciendum quid esse dicemus / ostendemus res magnas et celsas sequi / et appeti oportere. et item res humiles et indignas viris fortibus fortes viros contemnere oportere / nec idoneas dignitate sua iudicare. Item ab nulla re honesta periculi / aut laboris magnitudine deduci oportere. atqui / orem mortē turpitudine haberi. nullo dolore cogi / vt ab officio recedatur. nullius pro rei veritate metuere inimicitias. quodlibet pro patria / parētibus / hospitibus / amicis / et his rebus quas iusticia colere cogit / adire periculum / et quēlibet suscipere laborē.

**Modestie** partibus utemur / si nimias libidines / honoris / pecunie / similiūq; rerum vituperabimus. si vnāquāq; rem certo sue nature termino definimus et si quoad cuiq; satis sit / ostendemus. nimium progredi dissuadebimus / et modū vniciq; rei statuemus. Plurimūmodi partes sunt virtutis āplificande / si laudabimus. attenuāde / si ab his de hortabimur / vt hec attenuētur que supra demonstraui. Nā nemo erit qui cenleat a virtute recedendū. Verū aut res non hūmōi dicitur esse / vt virtutē possimus egregiā experiri / aut in cōtrariis potius rebus q̄ in aliis virtus

constare ostendatur. Item (si quo pacto poterimus) quā is qui  
cōtradisset iustitiā vocarit ! nos demonstrabimus ignaviā esse et  
inertiam et parvam liberalitatē. Quam prudētiam appellavit !  
ineptam et garrulam et odiosam scientiam eē dicemus. Quā ille  
modestiam dicit esse ! eam nos inertiam et dissolutam negligētiā  
eē dicemus. Quam ille fortitudinē nominavit ! eam nos gladiā  
toriam et incōsideratam appellabimus temeritatem. Lauda-  
bile est ! quod conficit honestā et presētē / et cōsequentem cōme-  
morationem. Hoc nos separauimus a recto ! nō q̄ hee quattuor  
partes que subiiciuntur sub vocabulo recti hāc honestatis cōme-  
morationē dare non soleant ! sed q̄q̄ ex recto laudabile nascatur  
tamē in dicendo seorsum tractādum est hoc ab illo. neq̄ enim so-  
lum laudis causa rectū sequi cōuenit ! sed si laus cōsequitur du-  
plicatur recti appetēdi voluntas. Cum ergo erit demōstratū re-  
ctum ! laudabile eē demōstrabitur aut ab idoneis hominibus ! vt  
si qua res honestiori ordini placeat ! que a deteriore ordine impro-  
betur ! aut aliquibus locis / aut omnibus ciuibus / exteris natio-  
nibus / posterisq̄ nostris. Cum huiusmodi diuisio sit locorū  
in cōsultatione breuiter aperienda est totius tractatio cause. Ex-  
ordiri licebit vel a principio / vel ab insinuatione / vel ab eisdem  
rationibus / quibus in iudiciali causa. Si cuius rei narratio  
incidet ! eadē ratione narrari oportebit. Et quoniam in huius-  
modi causis finis est vtilitas ! et ea diuiditur in rationē tutā atq̄  
honestam / si vtrumq̄ poterimus ostendere ! vtrūq̄ pollicebimur  
nos in dicēdo demōstraturos esse. sin alterū erimus demōstratu-  
ri ! simpliciter quod dicturi sumus ! ostēdemus. At si nostrā rati-  
onē tutā esse dicemus ! diuisione vtemur in vim et cōsiliū. Nā  
quod in docēdo rei dilucidāde / et magnificāde causa dolū appel-  
lauimus ! id in dicēdo honestius cōsiliū appellabimus. Si ratio-  
nū nostre sentētie esse dicemus rectā ! et omnes partes recti inci-  
dant ! quadripartita diuisione vtemur. Si nō incidāt ! quot erunt  
tot exponemus in dicēdo. In cōfirmatione et cōfutatiōe vte-  
mur nostris locis ! quos ante ostēdimus cōfirmādis cōtrariis cō-  
futādis. Argumētatiōis artificiose tractāde ratio de secūdo libro

petetur. Sed si acciderit! ut in cōsultatione alteri ab tuta ratiōe  
alteri ab honesta sentētia sit! ut in deliberationem eorū qui a pe  
onis circumfessi deliberāt! quid agant! qui ratiōne tutā lequi lua  
deat! hiis locis vtetur. nullā rē vtiliorem esse incolumitate. vir  
tutibus vti neminem posse! qui suas rationes in tuto nō locant.  
nec deos quidē esse auxilio hiis! qui se cōsulito in periculū mit  
tūt. honestum nihil oportere existimari! quod nō salutē pariat.  
Qui tute rei preponet ratiōnem honestā! hiis locis vtetur. Vir  
tutem nullo tempore relinquendam! et vel dolorem si timeatur  
vel mortem si ea formidetur! dedecore et infamia leuiorem esse  
Considerare! que turpitude cōsecuta sit. At nō immortalitatem  
neq; eternā incolumitatem cōsequi! nec esse exploratū illo vitato  
periculo nullum in aliud periculum vētuos! virtute vel vltro  
ad mortem proficisci esse preclarum! fortitudini fortunam quo  
q; adiuuētō esse solere. eum tute viuere! qui honeste viuat! non  
qui in presētia incolumis sit! et eum qui turpiter viuat incolu  
mē in perpetuum esse nō posse. Conclusionibus fere simili  
bus in hiis et in iudicialibus causis vti solemus! nisi q; in hiis  
maxime conducit! q; plurima rerum ante gestarum exēpla pro  
feremus; Nunc ad demonstratiuum genus cause trāseamus.

#### De genere demonstratiuo.

Voniam hec causa diuiditur in laudem et vituperationē!  
quibus laudem cōstituerimus! ex cōtrariis rebus erit vi  
tuperatio comparāda. Laus igitur potest esse rerum externarū  
corporis! et animi. Rerum externarū sunt ea! que casu! aut for  
tuna secunda! aut aduersa accidere possunt! genus! educatio! di  
uitie! potestates! glorie ciuitas! amicitie! et que huiusmodi sūt!  
et que hiis sunt contraria. Corporis sūt ea! que corpori natura  
tribuit cōmoda! aut incōmoda! velocitas! vires! dignitas! vali  
tudo! et que hiis contraria sunt. Animi sunt ea! que cōsilio et co  
gitatione nostra constant. prudentia! iustitia! fortitudo! mode  
stia! et que cōtraria sunt. Erit igitur et confirmatio hec! et cō  
futatatio nobis. In huiusmodi causa principium sumetur aut a  
nostra! aut ab eius de quo loquimur! aut ab eorum qui audient



persona! aut ab re. **A** nostra si laudabimus / aut officio facere /  
quod necessitudinis causa intercedat! aut studio / quod eiusmodi  
virtutis sit! vt omnes commemorare debeant velle quod rectum  
sit! aut ex aliorum laude ostendere / qualis noster animus sit. Si vi-  
tuperabimus! aut merito facere / quod ita tractati sumus! aut  
studio! quia vtile putemus esse ab omnibus vnicam maliciam atque ne-  
quitiam cognosci! aut quia placeat ostendi / quod displiceat nobis  
ex aliorum vituperatione. **A**b eius persona de quo loquimur  
si laudabimus! dicemus vereri nos / vt illius facta verbis conle-  
qui non possimus! omnes homines illius virtutes predicare oportere!  
ipsa facta omnium laudatorum eloquentiam antecere. Si vitupera-  
bimus! ea que videmus contraria paucis verbis commutatis dici  
posse / dicemus. vt paulo supra exempli causa demonstratum est.

**A**b auditorum persona! si laudabimus / quoniam non apud igno-  
tos laudemus / nos monendi causa pauca dicturos! aut si erunt  
ignari! vt talem velint cognoscere petemus. quoniam in eodem  
virtutis studio sunt / apud quos laudemus! atque ille qui laudatus  
fuerit / aut sit sperare nos facile his quibus velimus huius fa-  
cta probaturos. **C**ontraria vituperatio! quoniam norint! pauca de  
nequitia eius nos dicturos. **Q**ui si ignorent / petemus! vt agnos-  
cant! vt maliciam vitare possint. quoniam dissimiles sunt! qui audi-  
ant! atque ille qui vituperatur / sperare nos illius vitam vehemen-  
ter improbaturos. **A** rebus ipsis! incertum esse quid potissi-  
mum laudemus! vereri ne cum multa dixerimus! plura pretere-  
amus! et que similes sententias habebunt! quibus sententis contra-  
ria sumuntur a vituperatione. **P**incipio tractato ab aliqua ha-  
rum / quas ante tractauimus / rationum / narratio non erit vlla! que  
necessario consequatur. sed si qua incidit! cum aliquod factum eius  
de quo loquimur / nobis narrandum sit cum laude / aut vitupera-  
tione preceptio narrandi de primo libro repetetur. **D**iuisione  
hac utemur / cum exponemus quas res laudaturi sumus aut vitu-  
peraturi. Deinde vt queque quo ve tempore res erit gesta ordine  
dicemus! vt quid quisque tute / cauteque egerit! intelligatur. sed ex-  
ponere oportebit animi virtutes atque vicia. Deinde comoda / aut

incommoda corporis / aut rerum externarum quom ab animo  
tractanda sunt / demonstrare . Ordinē hūc adhibere in demon  
strāda vita debemus . Ab externis rebus / genus in laude / quib  
bus maioribus natus sit . Si bono genere / parem aut excelliorē  
fuisse . Si humili genere / ipsū in suis / nō in maiorū virtutibus  
habuisse preliū . In vituperatione si bono genere / dedecori ma  
ioribus suis fuisse . si malo / tamē huiusmodi detrimento fuisse . Educa  
tio in laude / bene et honeste in bonis disciplinis per omnē pue  
ritiā educatum . In vituperatiōe contra / inde se retraxisse aperte  
Ab corporis cōmodis . a natura . In laude / si sit dignitas aut for  
ma / laudi fuisse eam / nō quēadmodum ceteris detrimento atq; de  
decori . Si vires atq; velocitas egregia / honestis hec exercitatio  
nibus et industriis dicemus comparata . si valitudo / ex perpetua  
diligentia et temperātia cupiditatum . In vituperatione / si erunt  
hec corporis cōmoda / his male vltim dicemus / que calu et natu  
ra tanq̄ quilibet gladiator habuerit . si nō erunt preter formam  
omnia / ipsius culpa nō fuisse et intemperātia dicemus . Deinde  
reuertemur ad extraneas res / et in his animi virtutes aut vitia  
que fuerunt / cōsiderabimus . diuitie an paupertas fuerit / et que  
potestas / et que glorie / que amicitie / que inimicitie / et quid for  
titer in inimicitis gerūdis fecerit / cuius causa suscepit inimi  
citas / qua fide beniuolētia officio gesserit amicitias . In diuitiis  
qualis / aut in paupertate cuiusmodi fuerit / quēadmodū habu  
erit in potestatibus gerūdis animū . si iterierit / cuiusmodi mors  
eius fuerit . cuiusmodi res mortem eius sit cōsecuta . Ad omnes  
aut res in quibus animus hominis maxie cōsideratur / ille quat  
tuor animi virtutes erūt accōmodāde . vt si laudemus / aliud iu  
ste / aliud fortiter / aliud modeste / aliud prudēter factam eē dice  
mus . Si vituperamus / aliud imodeste / aliud iniuste / aliud igna  
ue / aliud stulte factum eē dicemus . Perspicuū est iam nimirum  
ex hac dispositiōe / quēadmodū sit tractāda tripartita diuisio lau  
dis et vituperatiōis / si illud etiā assumpserimus nō necesse esse  
nos oēs has partes in laudē aut vituperationē trāfferre . propte  
rea quod sepe non incidūt / et quod sepe ita tenuiter incidunt / vt

non sint necessarie dictu. Quapropter eas partes que firmissime videbuntur legere oportebit. Conclusionibus breuibus utemur enumeratione ad exitum cause nostre. in ipsa causa crebras et breues amplificationes interponemus per locos communes

Nec hoc genus cause eo quod raro accidit in vita negligētius comendandum est. Neque enim id quod potest videri accidere ut faciendum sit aliquando non oportet velle quam accommodatissime posse facere. Et si separatim hec causa minus sepe tractatur at in iudicialibus et in deliberatiuis causis sepe magne partes versantur laudis aut vituperationis. Quare in hoc quoque genere cause non nihil industrie conferendum putamus. Nunc absoluta a nobis difficillima parte rhetorice hoc ex inuentione perpolita atque ad omne cause genus accommodata tempus est ad ceteras partes rhetorice facultatis proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus.

#### De Dispositione.

Voniam dispositio est per quam illa que inuenimus in ordinem redigimus ut certo quidque loco pronuncietur videndum est cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat. Genera dispositionum sunt duo unum ab institutione artis profectum alterum ad casum temporis accommodatum. Ex institutione artis disponemus cum sequemur eam preceptionem quam in primo libro exposuimus hoc est ut utamur principio narratione diuisione confirmatione confutatione conclusionem. Et hunc ordinem quemadmodum preceptum est ante in dicendo sequamur. Item ex institutione artis non modo totas causas per orationem sed singulas qualque argumentationis partes disponemus quemadmodum libro secundo docuimus in expositionem rationem confirmationem rationis exornationem conclusionem. Hec ergo duplex dispositio est una per orationes altera per argumentationes ab institutione artis profecta.

Est autem alia dispositio que cum ab ordine artificioso recedendum est oratoris iudicio ad tempus accommodatur. Ut si a narratione dicere incipiamus aut ab aliqua firmissima argumentatione aut litterarum aliquarum recitatione aut si secundum principium confirmatione utamur deinde narratione aut si quam huiusmodi

permutationē ordinis faciamus! quorū nihil (nisi causa postulet) fieri oportebit. Nam si vehemēter aures auditorum obtule videbūtur! atq; animi defatigati ab aduersariis multitudine verborum! commode poterimus principio superledere! et exordiri causā aut a narratione / aut ab aliqua firma argumētatione. Deinde si cōmodum erit (quod nō sēper necesse est) ad principii sententiam reuerti licebit. Si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere! vt nemo equo animo principii possit audire! a narratione cum inceperimus! ad principii sententiā reuerti licebit. Si narratio parum probabilis est! exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His cōmutationibus et translatiōibus partiū sepe vti necesse est! cum res ipsa artificiosā dispositionem artificiose mutare cogit. In cōfirmatiōe et cōfutatione argumētationum dispositiones huiusmodi cōuenit habere. firmissimas argumētationes in primis et postremis partibus caule collocare. Mediocres et neq; inutiles ad dicendū / neq; necessarias ad probādum! que si separatim et singule dicātur / infirme sunt! cū ceteris cōiuncte firme sunt et probabiles! interponi in medio et collocari oportet. nam statim re narrata / expectat animus auditorum! ex qua re causa possit cōfirmari. quapropter cōtinuo firmam aliquam oportet inferre argumētationē. Et quoniā nuper rime dictum facile memorie mādatur! vtile est / cum dicere desinamus / recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumētationē. hec dispositio locorū tanq; instructio militum facillime in dicendo sicut illa in pugnādo parare poterit victoriam.

#### De pronūciatione.

Pronūciationē multi maxime vtilē oratori dixerūt esse! et ad persuadendū plurimū valere. nos quidem vnā de quib; rebus posse plurimū / non facile dixerimus. nec egregie magnam esse vtilitatem in pronūciatione sola audacter cōfirmauerimus. Nam cōmode inuētiōes / et concinne verborū elocutiones / et partium caule artificiose dispositiones / et horum omniū diligens memoria sine pronūciatione non plus / q̄ sine his re-

bus pronuntiatio sola valere poterit. quare? quia nemo de ea re diligēter scripsit. Nā oēs vix posse putarūt de voce / et vultu / et gestu dilucide scribi! cum hęc res ad sensus nostros pertinerent Et quia magnopere a nobis ad dicēdū ea pars cōparāda est! non negligēter videtur tota res cōsiderāda. Diuiditur ergo pronūciatio in vocis figuram / et corporis motū. Figura vocis est ea! que suū quēdam possidet habitū rōne / et indultria cōparatū Hęc diuiditur in tres partes magnitudinē / firmitudinē / molli- tudinem. Magnitudinē vocis maxime cōparat natura. nō nihil hanc auget / sed maxime medicorū cura conseruat. Firmitudinē vocis maxime cōparat natura! nō nihil adauget / et maxime cō- seruat exercitatio declamationis. Mollitudinē vocis / hoc est / vt eā torquere in dicēdo pro cōmodo nostro possimus! maxime fa- ciet exercitatio declamationis. Quapropter de magnitudine vo- cis / et firmitudinis parte / quoniā altera natura / altera cura cō- paratur! nihil ad nos attinet cōmonere! nisi vt ab hīs qui non sint inscii eius artificii! ratio curande vocis petatur. De ea parte firmitudinis que cōseruatur rōe declamationis / et de molli- tudine vocis / que maxie necessaria est oratori (quoniā ea quoq; mo- deratione declamationis cōparatur) dicēdum videtur. Firmā maxime poterimus in dicēdo vocem cōseruare / si q̄ maxime se- data / et depressa voce dicemus p̄cipia. nā leditur arteria! si āte q̄ leni voce permulla est! acri clamore cōpletur. Et īteruallis lō- gioribus vti cōuenit. recreatur enī spiritu vox! et arterie reticē- do cōquiescūt. Et cōtinuū clamorē omittere / et ad sermonē trās- ire oportet. Cōmutationes enī faciūt / vt nullo genere vocis ef- fusio! in omni voce integri simus. Et acutas vocis exclamatiōes vitare debemus. Ictus enim fit! et vulneratur arterie acuta atq; attenuata nimis acclamatione. et si quis splendor vocis est! consumitur vno clamore vniuersus. Et vno spiritu cōtinenter multa dicere conuenit in extrema oratione. fauces enī calefiunt et arterie spiritu cōplentur. et vox que tractata varie est! reduci- tur in quēdā sonū equabilē atq; cōstātem. Sepe rerū nature grā quēdā iure debetur! velut accidit ī hac re. nā que diximus ad cō-

seruādā vocē prodelle / eadē pertinet ad suauitatē pronūciationis  
vt quod nostre voci proflit / idē volūtate auditoris probetur. Vti  
le ē ad firmitudinē vocis sedata vox ī p̄ncipio. Quid ei īsuauis  
q̄ clamor ī exordio cause? Interualla vocē cōfirmāt, eadē letētiās  
cōcīniores diuiliōe reddūt / et auditori spaciū cogitādi reliquūt.  
cōleruat vocē cōtinui clamoris remissio / et auditorē quidē varie-  
tas maxie delectat, cū sermōe animū eius retineat / et suscitāt cla-  
more. M̄cuta exclamatio fauces et vocē vulnerat, eadē ledit audi-  
torē, habz ei quid illiberale et ad muliebrē potius vociferationē  
q̄ ad virilē dignitatē in dicēdo accōmodatū. In extrema orōe cō-  
tinēs vox remedio ē voci, Quid hec eadēs nōne animū vehemē-  
tillie calefacit auditoris ī totius cōclūsiōe cause? Quoniā res er-  
go eedē vocis firmitudini / et pronūciatiōis suauitudini prolūt /  
de vtraq; re simul erit in presētia dictū. De firmitudīe que vīla  
lūt et de suauitate que coniūcta fuerūt, cetera suo loco post dice-  
mus. Mollitudo ergo vocis quoniā oīs ad rhetoris p̄cepti-  
onē pertinet / diligētius nobis cōsiderāda ē. Eā diuidimus in ser-  
monē / cōtētiorē / āplificationē. Sermo ē orō remissa et sinitua  
quotidiane locutiōi. Cōtētio ē orō acris ad cōfirmādū / z cōfutā-  
dū accōmodata. Amplificatio ē orō / que ī iracūdiā iducit / aut ad  
misericiā trahit animū auditoris. Sermo diuiditur ī par-  
tes quattuor, dignitatē / demōstrationē / narrationē / iocationē. Di-  
gnitas ē orō cū aliqua grauitate z vocis remissioe. Demōstratio  
ē orō / que docet quomō quid fieri potuerit / aut nō potuerit re-  
missa voce. Narratio ē rerū gestarū / aut perīde vt gestarū expo-  
sitiō. Iocatio ē orō / que ex aliq; re verisimili risū prudētē / et libe-  
ralē cōparare pōt. Cōtētio diuiditur ī cōtinuationē et distri-  
butionē. Cōtinuatio ē orōis enūciāde acceleratio clamosa. Distri-  
butio ē in cōtētioe orō frequēs cū raris et breuibz interuallis  
acri vociferatiōe. Amplificatio diuiditur ī cohortationē z cōque-  
stionē. Cohortatio ē orō / que aliquod peccatū āplificās auditorē  
ad iracūdiā adducit. Cōquestio ē orō / que icōmodorū āplificatiōe  
animū auditorū ad misericordīā producit. Quoniam igitur  
mollitudo vocis ī tres partes diuisa est / et partes ipse lūt ī octo

alias partes distribute! harū octo partium que cuiusq̄ idonea sit pronūciatio! demōstrādū videtur. Sermo cū est ī dignitate! plenis faucibus q̄sedatissima / et depressa voce vti cōuenit. ita tamē vt ne ab oratoria cōsuetudinē ad tragicā trāseamus. Cū autē est in demōstratiōe! voce paululū attenuata / crebris interuallis / et diuisiōibus vti oportet! vt in ipsa pronūciatiōe eas res quas demōstrabimus! īlerere atq̄ ītersecare videamur in aīs auditorū. Cū autē ē sermo ī narratiōe / vocū varietate opus ē! vt quo quid q̄ pacto gestū sit! ita narrari videatur. Strenue quod volumus ostēdere factam! celeriuscule dicemus. at aliud ociole! retardabimus. deīde / mō acriter / tū clemēter / melte / hilariter ī oēs partes cōmutabimus vt verba! ita pronūciationē. Si qua inciderit in narrationē dicta / rogata / respōsa! si que admiratiōes! de quibus nos narrabimus! diligēter animū aduertemus! vt omnīū personarū selus atq̄ aīos voce reprimamus. Si erit sermo ī iocatiōe / leuiter tremebūda voce / cū parua significatiōe n̄lus / sine vl̄la suspitiōe nimie cachinatiōis / leuiter oportebit a sermōe serio torquere ad liberalē iocū vocē. Cū autē cōtētiōe vti oportebit quoniā id aut per cōmutationē / aut per distributionē faciēdū est in cōtinuatōe adaucto mediocriter sono vocis verbis cōtinuādīs vocē quoq̄ iūgere oportebit! et torquere sonū! et celeriter cū clamore verba cōficere! vt vī volubilē orōis vociferatio cōsequi possit. In distributionē vocē ab imis faucibus exclamatiōe q̄clarissima adhibere oportet. et q̄tū spaciū per singulas exclamatiōes sūpleri mus! tātū iter singula īterualla spaciū cōsumere iubemur. In āplificatiōibus cū cōhortatiōe vtemur voce attenuatissima / clamore leni / sono equabili! cōmutationibus crebris! maxia celeritate. In cōquestiōe vtemur voce depressa / inclinato sono / crebris īteruallis / lōgis spaciis / magnis cōmutatiōibus. De figura vocis satis dictū est. Nūc de corporis motu dicēdum videtur.

Otus ē corporis gestus / et vultus moderatio quedā! que probabiliora ea reddit! que pronūciātur. Cōuenit igitur in vultu pudorē et acrimoniā esse. ī gestu nec venustatē cōspiciēdā / nec turpitudinem esse! ne aut hystriōes / aut operarii videā-

mur eē. Ad easdem igitur partes in quas vox est distributa /  
motus quoq; corporis ratio est accommodāda. Nā si erit sermo cū  
dignitate / stātes in vestigio / leui dextre motu loqui oportebit hi  
laritate / tristitia / mediocritate vultus ad sermonis Inias accōmo  
data. Sin erit in demōstratiōe sermo / paululū corpus a ceruici-  
bus demitemus. nā et hoc a natura datū / vt q̄maxie tū vultū  
admoueamus auditoribus / si quā rē docere eos / et vehēter isti-  
gare velimus. Si erit in narratiōe sermo / idē motus poterit ido-  
neus eē / qui pauloate mōstrabatur in dignitate. Si in iocatiōe /  
vultu quādā debemus hilaritatē significare sine cōmutatiōe ges-  
tus. Si cōtēdimus per cōtinuationē / brachio celeri / mobili  
vultu / acri aspectu vtemur. Si cōtētio fiet per distributiōz / por-  
rectiōe celeris brachii i ābulatiōe pedis dextri / rari a supplacūe  
acri et defixo vti aspectu oportet. Si vtemur āplificatiōe per  
cohortationē / paulo tardiore / et cōsideratiore gestu cōueniet vti  
similibus ceteris rebus / atq; in cōtētiōe per cōtinuationē. Si vte-  
mur āplificatiōe per cōquestiōnē / femineo plangore / et capitis  
ictu / nōnunq; sedato et constāti gestu / melto et cōturbato vultu  
vti oportebit. Non sū nescius / quātū susceperim negocii / qui  
motus corporis exprimere verbis / et imitari scriptura conatus  
sum voces. Verū nec hoc cōsiliū sū posse fieri / vt de his rebus  
latis cōmode scribi pollet / nec si id fieri nō pollet / hoc quod feci  
fore inutile putabā / propterea quod hic admonere volumus /  
quid oportet. reliqua trademus exercitationi. Hoc tamē scire o-  
portet / bonā pronūciationē id perficere / vt ex animo res agi vi-  
deatur. Nūc ad thesaurū inuētorū / atq; ad oīum partiū cultodē  
memoriā transeamus.

#### De Memoria.

Memoria vtrū habeat quid artificii / an oīs a natura profici-  
ciscatur / aliud dicēdi tēpus idoneū dabitur. Nunc perinde  
atq; cōstet in hac re multū valere artē et preceptionē / ita de ea re  
loquemur. Placet ei nobis eē artificiiū memorie. quare placeat /  
alias ostēdemus. in presētia cuiusmodi sit ea / aperiemus. Sunt  
igitur due memorie. vna naturalis / altera artificiosa. Naturalis



est ea! que nostris aīs inflita est / et sine multa cogitatōe nata. Ar-  
tificiosa est! quā cōfirmat inductio quedā et rō preceptiōis. Sed  
qz ī ceteris rebus īgenii bonitas sepe imitatur doctrinā! ars por-  
ro nature cōmoda cōfirmat / et auget! ita fit in hac re! vt nōnū-  
q̄ naturalis memoria (si cui data ē egregia) similis sit huic artifi-  
ciosa. Porro hec artificiosa nature cōmoda retinet / et amplificat  
rōe doctrine. Quā propter naturalis memoria preceptiōe cofir-  
māda ē / vt sit egregia! et hec que doctrina datur! indiget īgenii  
Nec hoc magis aut minus in hac re q̄ in ceteris artibus fit . vt  
īgenio doctrina / preceptōe natura nitelcat. Quare z illis qui na-  
tura memores sūt / utilis erit hec īstitutio. quod tute paulopest  
poteris intelligere. Et si illi freti īgenio nrā preceptōe nō idicēt  
tamē iusta cā daretur! quare hīs qui minus īgenii habēt! adiu-  
mēto velimus esse. Nūc de artificiosa loquamur.

Onstat igitur artificiosa memoria ex locis et imaginibus  
Locos appellamus eos! q̄ breuiter perfecte / ī lignis / aut  
natura / aut manu absoluti sūt! vt eos facile naturali memoria  
cōprehēdere / et cōplecti queamus. vt edes / itercolūmū / āgulū /  
fornicē et alia que similia sūt his. Imagīes sūt forme quedā / et  
note / et simulacra eius rei! quā meminisse volumus. quod ge-  
nus eō leones aquille. quorū memoriā si volumus hēre! imagi-  
nes ecrū certis locis collocare nos oportebit. Nūc cuiusmōi lo-  
cos īuenire / et quo pacto reperire! et in locis imagīes cōstituere  
oporteat! ostēdemus. Quēadmodū igitur qui lrās sciūt! pel-  
sūt id quod dictatū est / scribere / et retinere / quod scripserūt! ita  
qui in modica didicerūt! possūt ea que audierūt / in locis colloca-  
re! et ex his memoriter pronūciare. nā loci cere / aut carte simi-  
limi sūt! imagīes litteris: dispositio / et collocatio imaginū scri-  
pture! pronūciatio lectioni. Oportet igitur / si multa volumus  
meminisse! multos nobis locos comparare! vt in multis locis  
multas imagines collocare possimus. Itē putamus oportere  
re ex ordnie hos locos habere : ne quando perturbatione ordi-  
nis impediamur! quo secius quoto quoq; loco licebit vel a supe-  
riore vel ab inferiore parte imagines sequi! vt ea que mandata

locis erūt! eadē edere et proferre possimus. Nā vt si ordie stātes  
notos q̄plures viderimus! nihil nrā iterlit / vtrū a lūmo / an ab  
imo / an a medio noīa eorū dicere icipiamus! itē i locis ex ordie  
collocatis eueniet! vt in qualibet parte quoto quoq; loco licebit /  
imaginibus cōmoniti dicere possimus id / quod locis mādaui-  
mus. Quare placet ex ordie locos cōparare! et locos quos allū-  
plerimus egregie / commoditerq; notare oportebit! vt perpetuo  
nobis herere possint. nā imagies licuti littere delētur! vbi nihil  
vtimur. loci tanq̄ cera remanere debēt. Et ne forte in nume-  
ro locorū falli possimus! quātū quēq; placet notari. quod genus  
si quito i loco manū aureā collocemus! in decimo aliquē notum  
cui prenomē sit decimo. deīde facile erit deinceps similes notas  
quāto quoq; loco collocare. Itē cōmodius est i derelicta / q̄ in  
celebri regiōe locos cōparare! propterea q̄ frequētia et cōbūla-  
tio hoīm cōturbat! et istū mat imaginū notas. solitudo cōseruat  
itegras simulacrorū figuras. Preterea dissimiles forma atq;  
natura loci cōparādi sūt! vt distīcte iterlucere possit. nam liquis  
multa itercolumnia sūplerit! turbabitur similitudie locorum! vt  
ignoret quid in quoq; loco collocarit. Et magnitudie modica  
et mediocres locos habere oportet. nā z pretermōdū āpli vagās  
imagines reddūt. et nimis āgusti sepe nō vidētur posse capere i-  
maginū collocationē. Tū nec nimis illustres nec vehemēter  
obscuros locos habere oportet! ne aut obcecētur tenebris imagi-  
nes! aut splēdore prefulgeāt. Interualla locorū mediocria pla-  
cet eē / fere pauloplus aut minus pedū tricenū. nā vt aspectus!  
ita cogitatio minus valet / siue nimis procul remoueris! siue ve-  
hemēter prope admoueris id! quod oportet videri. S; q̄q̄ fa-  
cile ē ei! qui pauloplura norit! q̄uis multos z idoneos locos ad  
ista cōparare! tamen si quis satis ad ista idoneos inuenire se non  
putabit! ipse sibi constituat / q̄ volet multos! licebit. Cogitatio  
enim quāuis regionem potest amplecti! et in ea situm loci cus-  
iusdam ad suum arbitrium fabricare et architectari. quare lice-  
bit ( si hac prompta copia contenti non erimus) nosmetiplos  
nobis cogitatione nostra regionem constituere! et idoneorum

locorū cōmoditissimā distinctionē cōparare. De locis satis dictū est. Nūc ad imaginū rationē transeamus.

Voniā igitur rerū similes imagines eē oportet! ex oībus verbis notas nobis similitudines eligere debemus. Duplices igitur similitudines eē debēt! vne rerū / altere verborum Rerū similitudines exprimuntur! cū sūmatim ipsorū negociorū imagīes cōparamus. Verborū similitudīes colituuntur! cū vniuscuiusq; noīs / et vocabuli memoria imaginē notatur. Rei totius memoriā sepe vna nota et imaginē simplici cōprehēdimus. hoc mō. vt si accusator dixerit ab reo hominē veneno necatū! et hereditatis cā factū arguerit! et eius rei dixerit multos testes et conscios eē. Si hoc primū (vt ad defēdēdū nobis expeditū sit) meminisse volumus! in primo loco rei totius imaginē cōformabimus egrotū in lecto cutātē faciemus! iplū illū de quo agetur! si formā eius detinemus. si eī nō agnouerimus! aliquē egrotū nō de minimo loco sumemus! vt cito in mētē venire possit. et reū ad lectū eius statuemus / dextera poculū / sinistra tabulas / medico testiculos arietinos tenētē. hoc mō et testiuū / et hereditatis / et veneno necati memoriā habere poterimus. I tē deiceps cetera crimina ex ordīe ī locis ponemus. Et quotiescūq; rē meminisse volumus! si formatū dispositiōe / et imaginū diligētī notatiōe utemur! facile ea que volumus / memoria cōsequemur. Cū verborū similitudīes imaginibus exprimere volumus! plus negocii suscipiemus! et magis ingeniū nostrū exercebimus. Id nos hoc modo facere oportebit. Iā domi vltionē reges atride parāt In loco cōstituere oportet manus ad celū tollēte domiciū! cum a regibus martis loris cedatur. hoc erit iā doī vltiōz reges. In altero loco esopū et symbrū subornare ephigeniā ad agammenonē et menelaū. Hoc erit atride parāt. hoc modo omnia verba erūt expressa. Sed hec imaginū cōformatio tū valet! si naturalē memoriā exultauerimus hac notatiōe! vt versu polito ipsi nobiscū primū transeamus bis aut ter cū versū. deinde cū imaginibus verba exprimamus. hoc modo nature suppediabit doctrina n. vtraq; altera separata! minus erit firma. Ita tamen vt multo

plus in doctrinā atq; arte presidij sit. Quod docere nō grauare-  
mur! ni metuerimus! ne cum ab instituto nostro recessissemus  
minus commode seruaretur hec dilucida breuitas preceptionis

Nūc quoniā solet accidere! vt imagines partim firme/et ad  
mouendū sint idonee! partū imbecilles et infirme sint! que vix  
memoriā possint excitare! qua de causa vtrūq; fiat! cōsiderādum  
est! vt cā cognita / quas vitemus! et quas sequamur imagines!  
scire possimus. Docet ergo nos ipsa natura! quid oporteat fieri  
nam si quas res in vita videmus paruas / vilitatas / quotidianas  
eas meminisse nō solemus! propterea q; nulla nisi noua et admi-  
rabili re comouetur animus. atli quid videmus / etiā audimus  
egregie turpe / aut honestū / aut inulitatū / magnū / incredibile /  
periculolū / ridiculū! id diu meminisse cōsueuimus. Itaq; quas  
res ante ora videmus / aut audimus! obliuiscimur plerūq; que  
acciderūt ī puericia meminimus optime sepe. nec hoc alia de cā  
pōt accidere! nisi q; vilitate res facile memoria elabūtur. ilignes  
et noue manēt diutius. Solis exortus / cursus / occasus nemo ad-  
miratur! propterea q; quotidie fiunt. At eclipsis solis miratur  
quia raro accidūt. et solis eclipsis magis miratur / q̄ lune! pro-  
pterea q; hee crebriores sunt. Docet ergo se natura vulgari / et  
vilitata re nō exulcitari. nouitate vero et insigni quodā negotio  
cōmoueri. Imitetur ergo ars naturā. et quod ea desiderat / inue-  
niet. si quod ostendit! sequatur. nihil eī est! quod aut natura ex-  
tremū inuenerit! aut doctrina primū. s; rerū principia ab inge-  
nio profecta sūt / et exitus disciplina cōparantur. Imagines igi-  
tur nos in eo genere cōstituere oportebit / quod genus ī memo-  
ria manere diutissime pōt. hec res accidet! si q̄maxie notas simi-  
litudines cōstituemus. si nō multas / nec vagas! s; aliquid agen-  
tes imagines ponemus! si egregiam pulchritudinem / aut vni-  
cam turpitudinem attribuemus eis. si aliquas exornabimus!  
vt si coronis / aut veste purpurea! quo nobis notatior sit simili-  
tudo. aut si quam rem deformabimus! vt si cruentam / aut sce-  
no oblitā / aut rubrica delibutam inducamus! quo magis insigni-  
tata sit forma. aut si ridiculas res aliquas imaginibus attribue

mus. nam ea res quoque faciet! ut facilius meminisse possimus.  
Nam quas res veras facile meminerimus! easdem fictas et dili-  
genter notatas meminisse non difficile est. Sed illud facere oportet  
bit! ut identidem primos quosque locos imaginum renouandarum causa  
celeriter animo peruagemus. Scio plerisque grecos! qui de  
memoria scripserunt! fecisse! ut multorum verborum imagines con-  
scriberent! ut qui ediscere eas vellent! paratas haberent! ne quid  
inquirendo conlumeret opere! quorum rationem aliquot de causis im-  
probamus. Primum! quod in verborum innumerabilium multitudine  
ridiculum est mille imagines verborum comparare. quatum enim  
potuerunt hec valere! cum ex infinita verborum copia modo illud  
modo aliud nos verborum meminisse oportebit. Deinde cur vo-  
lumus ab industria quenquam remouere! ut ne quid ipse querat! cum  
nos omnia illi parata quelitaque tradamus. Preterea similitudine  
alia! alius magis commouetur. Nam ut sepe formam si quam similem  
cupiam dixerimus esse! non omnes habeamus assensores! quod alii  
videtur aliud! ita fit in imaginibus! ut que nobis diligenter no-  
ta sunt! ea parum videantur insignia aliis. quare sibi quenque suo  
commodo conuenit imagines comparare. Postremo preceptoris est  
docere! quemadmodum queri quidque conueniat. et vnum aliquid aut al-  
terum non omnia que eiusdem generis erunt! exempli causa sub-  
iicere! quo res possit esse dilucidior. ut cum de prohemio queren-  
dis disputamus! rationem damus querendi! non mille prohemio-  
rum genera describimus! ita arbitramur de imaginibus conuenire  
Nunc ne forte verborum memoriam aut nimis difficilem! aut  
parum utilem arbitraris! ipsarumque rerum memoria contumeliosa! quod et  
utiliores sit! et plus habeat facilitatis! amonendus es! quare ver-  
borum memoriam non improbemus. Nam putamus oportere eos  
qui velit res faciliores sine labore! et molestia facile meminisse  
in rebus difficilioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc verbo-  
rum memoriam inducimus! ut verius meminisse possimus! sed ut  
hac exercitatione illa rerum memoria! que pertinet ad utilitatem  
confirmetur. et ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam  
facilitatem transire possimus. Sed cum in omni disciplina infir-

ma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitiõis! tum vero in memorijs minimũ valet doctrina! nisi industria/studio labore/diligẽtia comprobetur. Quare quæ plurimos locos vt habeas/et quæ maxime ad præcepta accommodatos/curare debebis. In imaginibus collocãdis exercere quotidie cõuenit. nõ enim sicut a ceteris studiis abducimur nõnunquam occupatione/ ita ab hac re potest nos causa deducere aliqua. nunquam est enim quin aliquid tradere memoriæ velimus. et tum maxime! cum aliquo maiore negotio detinemur. Quare cum sit vtile facile meminisse! nõ te fallit/ quod tantopere vtile sit! quanto labore sit appetendum! quod poteris existimare vtilitate cognita. Pluribus verbis ad eam te adhortari non est sententia! ne aut studio tuo diffusi/ aut minus quam res postulat/dixisse videamur. De quinta parte rhetorice deinceps dicemus. Tu prima qualque partes in animo frequenta. et (quod maxime necesse est) vlti et exercitatione confirma.

Explicit liber Tertius Incipit Quartus.

Voniã in hoc libro herenni de elocutione cõscriptimus/et quibus in rebus opus fuit exemplis vti nostris! vlti sumus. Et id fecimus præter consuetudinẽ grecorum/ qui de hac re scripserunt. necessario faciendum est! vt paucis nostri cõsiliũ rationẽ demus. Atque hoc nos necessitudine facere/ nõ studio satis erit ligni/ quod in superioribus libris nihil ante re/ neque præter re locuti sumus. Nunc si pauca que res postulat/ dixerimus! tibi id quod reliquum est artis/ ita vt instituis! persoluemus. Sed facilius nostrã rationẽ intelliges! si prius quid illi dicant/ cognoueris.

Cõpluribus de causis putant oportere/ cum ipsi præceperint/ quo pacto oporteat ornare elocutionẽ vniuscuiusque generis/ ab oratore aut poeta probato sumptum proponere exemplum. Et primum se modestia id commotos facere dicunt. propterea quod videatur esse ostentatio quedam/ non satis habere precipere de artificio/ sed etiam ipsos videri velle artificiose gignere exempla. Hoc est (inquiunt) ostentare se non ostendere tantam artem. Quare quidem pudor imprimis est ad eam rem impedimento/ ne nos lo-

los probare / nosq; solos amare / alios cōtemnere et deridere vide  
amur. Etenim cū possimus ab Ennio sumere / aut a graccho po  
nere exemplū / videtur esse arrogātia illa reliquere / et ad sua de  
uenire. Propterea exempla testimoniorū locum obtinēt. Id  
enim quod ammonuerit / et leuiter fecerit preceptio / exemplo si  
cut testimonio cōprobatur. Non igitur ridiculus sit / si quis in  
lite aut in iudicio domesticis testimoniis pugnet / et suiplus te  
stimonio abutatur / vt enim testimoniū / sic exemplum rei cōfir  
mande causa sumitur. non ergo oportet hoc nisi a probatissimo  
sumi / ne quod aliud cōfirmare debeat / egeat idiplum cōfirmati  
onis. Etenim necesse est / aut se omnibus anteponāt / et sua ma  
xime probent / aut negent optima esse exempla / que a probatil  
limis oratoribus / aut poetis sūpta sint. Si se omnibus antepo  
nāt. intolerabili arrogātia sūt. hī quos sibi preponant / et eorum  
exēpla suis exemplis non putent prestare / nō possūt dicere / qua  
re sibi illos anteponāt. Quid igitur ipsa auctoritas antiquorū  
nam cū res probabilior est / tum hominū studia ad imitādū ala  
ciora reddit. immo erigit omniū cupiditates / et acuit indultriā  
cum spes iniecta est posse imitādo gracchi / aut crassi cōsequi fa  
cultatē. Postremo hoc sūmū est artificiū / res varias et dispa  
res in tot poematibus et orationibus sparsas z vage disiectas ita  
diligēter eligere / vt vnūquodq; genus exēplorū sub singulos ar  
tis locos subiicere possis. hoc si industria solum fieri posset / ta  
men essemus laudādi / cum talem laborem nō fugissemus. Nūc  
sine summo artificio nō pōt fieri. Quis enī est / qui nisi cū sūme  
teneat artē / possit ea que iubet ars de tāta et tā diffusa scriptura  
notare et separare. Ceteri cū legūt orationes bonas / aut poema  
ta / probant oratores et poetas. Neq; intelligūt / quare commoti  
probent quod scire nō possūt vbi sit / nec quid sit. nec quomodo  
factum sit id / quod eos maxime delectet. At is qui et hec oīa in  
telligit / et idonea maxie eligit / et maxie omnia in arte scribēda  
redigit in singulas ratiōes preceptiōis / necē est eius rei sūmus ar  
tifex sit. hoc igitur sūmū ipsū artificium est in parte sua posse

et alienis exemplis uti. Nec illi cum dicunt magis nos aucto-  
ritate sua commouent quam veritate disputationis. Illud enim vere-  
mur ne cui satis sit ad contrariam rationem probandam quae ab ea  
steterint hi qui et inventores huius artificii fuerunt et vetustate  
iam satis omnibus probati sunt. Quae si illorum auctoritate remo-  
ta res omnes volent cum re comparare intelligent non omnia  
cedenda esse antiquitati. Primum ergo quod ab eis de mode-  
stia dicitur videamus ne nimium inutiliter et pueriliter profe-  
ratur. Nam si tacere et nihil scribere modestia est cur quicquam  
scribunt aut loquuntur. Sin aliquid scribunt suum cur quo leci-  
us omnia scribant impediuntur modestia quasi si quis ad olim-  
piacum venerit cursum et steterit ut emittatur impudenterque di-  
cat illos qui currere ceperint ipse intra carcerem stet et narret  
aliis quomodo ledas aut bois cum ciloniis cursitarint. sic isti cum  
in artis curriculum descenderint illos qui in eo quod est artificii ela-  
borant aiunt facere immodeste. Ipsi aliquem antiquum oratorem  
aut poetam laudant aut scripturam sicut in stadium rhetorice ar-  
tis prodire non audeant non ausim dicere sed tamen vereor ne qua  
in re modestie laudem venentur in eadem re sint impudetes. Quid  
enim tibi vis aliquis inquit artem tuam scribis gignis nobis  
nouas preceptiones eas ipse confirmare non potes sed ab aliis  
exempla sumis. vide ne facias impudenter qui tuo nomini velis  
ex aliorum laboribus libare laudem. Nam si tua volumina pre-  
derint antiqui oratores et poete et suum quisque de libris suis tu-  
lerit nihil istis quod suum velint relinquatur. At exempla  
(quoniam testimoniorum similia sunt) item conuenit ut testimo-  
nia ab hominibus probatissimis sumi. Primum omnium exempla  
ponuntur hic non confirmandi neque testificandi sed demonstrandi  
causa. Non enim cum dicimus esse exornationem que verbi causa constat ex simili-  
ter delinquentibus verbis et ponimus hoc exemplum a crasso quod pos-  
sumus et debemus non testimonium collocamus sed exemplum. Hoc inter-  
est igitur inter testimonium et exemplum. exemplo demonstratur hoc quod  
dicimus cuiusmodi sit testimonio esse illud ita ut nos dicimus com-



firmatur. Propterea oportet testimoniū conuenire cum re. aliter enim rem nō potest cōfirmare. At id quod illi faciunt! cum re nō conuenit. Quid ita? quia pollicētur se artem scribere / exempla proferunt ab hīs plerūq; / qui artem nescierunt. Tum quis est / qui possit id quod de arte scripserit / comprobare / nisi aliquid scribat ex arte / contraq; faciunt / q̄ polliceri vidētur. nam cū scribere artem instituūt / vidētur dicere se excogitasse / quod alios doceant. Cum vero scribūt / ostendūt nobis quid alii excogitarint.

At hoc ipsum difficile est (inquiūt) eligere de multis. Quid dicitis difficile? Vtrum laboriosum / an artificiosum? si laboriosum / non statim preclarū. sunt enim multa laboriosa / que si facitis / nō cōtinuo gloriemini. Nisi etiam si vestra manu fabulas aut orationes totas transcripseritis / gloriosum putaretis. Sin aut istud artificiosum / vel egregium dicitis / videte ne insueti rerum maiorum videamini / si vos parua res sicut magna delectet. Nam isto modo eligere rudis quidē nemo potest. sed sine artificio summo multi. Quisquis enī audiuerit de arte paulo plus / in elocutione presertim / omnia videre poterit / que de arte dicētur facere nemo poterit / nisi eruditus. ita vt si de tragediis Ennii velis sentētiās eligere / aut de pacumaris periodos / nū si (quia plane rudis id nemo facere poterit) cū feceris / te litteratissimū putes / ineptus sis? propterea q̄ id facile faciat quiuis mediocriter litteratus. Item si cum ex orationibus aut poematibus elegeris exempla / que certis signis artificii notata sint (quia rudis id nemo facere possit) artificiosissime te fecisse putes. Erras / propterea q̄ isto signo videmus te nō nihil huius rei scire. alius signis multa scire intelligemus. Qz si artificiosum est intelligere / que sint ex arte scripta / multo est artificiosius ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit artificiose / ab aliis cōmode scripta facile intelligere poterit. Qui eliget facile / nō cōtinuo ipse cōmode scribit. Et si est maxīe artificiosum / alio tēpore vtātur ea facultate / non tamē cū parere ipsi gignere et proferre debent. Postremo in eo vī artificii cōsumāt / vt ipsi ab aliis potius eligēdi / q̄ aliorū boni electores existimētur. cōtra ea que ab aliis dicuntur / qui dicunt

se alienis exemplis vti oportere satis est dictum. Nunc que sepa-  
ratim dici possunt! consideremus. Dicimus igitur eos tū ideo  
q̄ alienis vtatur exemplis peccare. tum magis etiam deliquere  
q̄ a multis exempla sumāt. sed de eo quod postea diximus! atea  
videamus. Si concederē aliena oportere sumere exempla! vicerē  
illos vnus oportere. Primū q̄ cōtra hoc nulla staret eorū ratio  
liceret enim eligerēt / et probarent quemlibet! qui sibi in omnes  
res suppeditaret exempla vel poetam / vel oratorē! cuius aucto-  
ritate niterentur. Deinde interest magni eius qui discere vult!  
vtrum vnū omnia! an neminē! sed aliud aliū putet cōsequi posse  
Si enim putabit posse omnia penes vnū cōsistere! ipse quoq̄  
nitetur ad omniū facultatem. Si id desperarit! in paucis sese ex-  
ercebit. iplis enim cōtētus erit. nec mirum / cum ipse preceptor  
artis omnia penes vnū reperire non potuerit. Allatis igitur ex-  
emplis a Catone / a gracchis / a lelio / a scipione / galba / porcina /  
crallo / anthonio / ceterisq̄! item sumptis aliis a poetis et histori-  
arū scriptoribus! necesse erit eum qui discet putare ab omnibus  
omnia! ab vno pauca vix potuisse sumi. Quare se vnus alicuius  
similem esse satis habebit. omnia que omnes habuerint solū ha-  
bere se posse diffidet. ergo inutile est ei qui discere vult! nō puta-  
re vnū omnia posse. Ergo nemo in hanc incidet opinionem  
si ab vno exempla sumpsisset. Nūc hoc signi est / ipsos artis scri-  
ptores nō putasse vnū potuisset in omnibus elocutionibus par-  
tibus enitere. quoniā neq̄ sua protulerūt! neq̄ vnus alicuius /  
aut deniq̄ duorum! sed ab omnibus oratoribus et poetis exēpla  
sumplerunt. Deinde si quis velit artem demonstrare! nihil pro-  
delle ad discendū! nō male hoc vtatur adiuuētō! q̄ vnus omnes  
partes artis cōsequi nemo potuerit. quid ergo iuuat horū ratio-  
nē qui omnino improbant artem! Id nū ridiculū est ipsum scri-  
ptorem artis suo iudicio cōprobare! ergo ab vno sumenda fuisse  
docuimus exempla! si semper aliunde sumerētur. Nūc omni-  
no aliunde sumēda non fuisse! sic intelligamus. Primū omniū  
quod ab artis scriptore affertur exemplum eius artificii debet  
esse! non vt si quis purpuram / aut aliud quippiam vendēs dicat

sume a me! sed huius exemplum / aliunde rogabo! quod tibi ostē  
dam. aut si mercem ipsi qui venditāt / aliunde exemplū queritant  
mercis! aut si aceruos sese dicant tritici habere! sed eorum exem  
plū pugno non habēt quod ostendant. Si triptolemus (cum ho  
minibus semē largiretur) ipse ab aliis id hoibus mutuaretur!  
aut si prometheus ignem cū mortalibus diuidere vellet! ipse a  
vicinis cū telta ambulās carbūculos corrogaret! num ridiculus  
videretur? Isti magistri omniū dicendi preceptores! num vidē  
tur tibi ridicule facere! cū id quod aliis pollicētur! ab aliis que  
rūt? Si quis se fontes maximos / penitus absconditos aperuisse  
dicat! et hoc litens q̄ maxime loquatur! neq; habeat qui litim se  
det! num irrideatur? Isti cū non modo dominos se fōtium! sed se  
metiplos fōtes esse dicūt! et cū oīum debent rigare ingenia! nū  
putāt fore ridiculū! si cum id polliceātur! arefcant ipsi liccitate?  
Chares ab lilippo statuas facere non isto mō didicit! vt lilippus  
caput ostēderet milonis / brachia praxiteles / pectus policleti / vē  
trē / et crura! sed omnia coram magistrū faciētem videbat. cetero  
rū opera vel sua spōte poterat cōsiderare. Isti credūt eos qui hec  
velint discere! alia ratione doceri posse cōmodius. Preterea nec  
possūt quidem ea / que sumuntur ab aliis exempla tam esse accom  
modata ad artem. propterea q̄ in discēdo leuiter vnusquisq; lo  
cus plerūq; tāgitur! ne ars appareat. In precipiēdo expresse con  
scripta oportet ponere exēpla! vt in artis formā cōuenire possit  
et post in dicendo / ne possit ars eminere! et ab omnibus videri!  
facultate oratoris occultatur. ergo etiā vt magis ars cognosca  
tur! suis exemplis melius est vti. postremo hec quoq; res nos  
ducit ad hāc rationē! q̄ noīa rerū greca que cōuertimus! ea re  
mota sūt a consuetudine. que enim res apud nostros non erant  
earū rerum nomina nō poterant esse vsitata. ergo hec asperiora  
primo videātur! necesse est. idq; rei fiet nō nostra difficultate re  
liquū scripture cōsumetur in exēplis. hec aliena si poluissimus  
factū esset! vt quod cōmodius esset in hoc libro! id nostrū nō eēt  
quod asperius / et inulitatus! id proprie nobis attribueretur. er  
go hāc quoq; incōmoditatem fugimus his de causis! cum artis

inuentionem grecorū probassemus! exemplorū rationē secuti nō sumus. Nunc tempus postulat / vt ad elocutionis precepta trāseamus. Bipartita igitur erit nobis elocutiōis preceptio. Primum dicemus quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse. Deinde ostendemus! quas res semper habere debeat.

De tribus ornate dicēdi generibus.

Vnt igitur tria genera! que nos figuras appellamus. in quibus omnis oratio nō vitiosa cōsumitur. Vnā grauem alterā mediocrem! tertiam extenuatam vocamus. Grauis ē que constat ex verborū grauiū magna / et ornata cōstructione. Mediocris est! que cōstat ex humiliore! neq; tamen ex infima / et per-uulgatissima verborū dignitate. Attenuata est! que demissa est vlg ad vsitatissimā puri consuetudinē sermonis.

N graui cōsumetur oratio figura! si que cuiusq; rei potuerūt ornatissima verba reperiri! siue propria! siue translata! ea in vnamquāq; rē accommodabūtur. Et si graues sētentie que in amplificatiōe / et cōmiseratiōe tractātur! eligētur. Et si ex orationes Iniarū aut verborū que grauitatē habebūt (de quibus post dicemus) adhibebūtur. In hoc genere figure erit hoc exemplum. nā quis est vestrū iudices! qui latis idoneā in eū penam possit excogitare! qui prodere hostibus patriā excogitari! quod maleficiū cū hoc scelere cōparari potest! quod huic maleficio dignū suppliciū potest inueniri! In his qui violassent ingenuam! matrem familias cōstuprassēt! pullassēt aliquē! aut postremo necassēt! maxima supplicia maiores cōsumplerūt. huic truculētissimo ac nefario facinori / singularē penā nō reliquerūt atq; in aliis maleficiis ad singulos / aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit. Pluribus sceleris qui sūt affines vno cōsilio vniuersis ciuibus atrocissimas calamitates machinātur. O feroces animos. O crudeles cogitatiōes. O derelictos homines ab humanitate. quid agere auli sūt! aut cogitare potuerunt! Quo pacto hostes reuullis maiorū sepulcris / deiectis membris! irruerunt ouātes in ciuitatē! quomō deū tēplis spoliatis! optatibus

trucidatis! aliis arreptis in seruitutem! matribus familias et in-  
genus sub hostilem libidinē subiectis! vrbs acerbissimo cōcidat  
incendio cōflagrata! qui se non putant id quod voluerit ad exi-  
tum perduxisse! nisi sanctissime patrie miserādum scelerati vi-  
derint cinerē. Nequeo verbis iudices consequi indignitatem rei  
Sed negligētius id fero! quia vos mei nō egetis. Vester enim  
vos animus amātissimus reipublice facile edocet! vt eū qui for-  
tunas omniū voluerit prodere! precipitem perturbetis ex ea ci-  
uitate! quam ilte hostiū spurcissimorū dominatu nefario volu-  
erit obruere.

N mediocri figura versabitur oratio! si hoc (vt ante dixi)  
aliquātulū demiserimus. neq; tamē ad infimū descēderi-  
mus. Sic, Quibus cū bellū gerimus iudices / videtis, cū sociis  
qui pro nobis pugnare! et imperium nostrū nobiscū simul vir-  
tute / z industria cōseruare soliti sūt. hi cū se et opes suas / et copi-  
am necessariorū norint! tum vero nihilominus propter propi-  
quitatē / et rerū omniū societatem! quid in omnibus rebus po-  
pulus romanus posset! scire et existimare poterāt. Hi cum deli-  
berassent nobiscū bellū agere! quelo que res erat! qua freti bel-  
lū suscipere conarentur! Cum multo maximā partem sociorū  
in officio manere intelligerēt! cum sibi nō multitudinē militū /  
nō idoneos imperatores / non pecuniā publicam prelo esse vide-  
rent non deniq; vilam rem que pertinet ab bellū administrandū  
si cum finitimis de finibus bellum gereret! si totū certamen in  
vno prelio positū putarent! tamē omnibus rebus instructiores  
ac paratiores venirēt. Nedū illud imperiū orbis terre / cui oēs  
gētes / reges / nationes partim vi partī volūtate cōsenserūt! cum  
aut armis / aut liberalitate a romano populo superati essent! ad  
se tātulis viribus trāsfere conarētur. Queret aliquis! quid fre-  
gelliani! nū sua sponte conati sunt! Eo quidē isti minus facile  
conarētur! q̄ illi quēadmodū descissent / videbāt. nam rerū impe-  
riti / qui vniuscuiusq; rei de rebus ante gestis exēpla petere non  
possunt! hi per imprudētiam facillime deducūtur in fraudē. At  
hi qui sciūt / quid aliis acciderit! facile ex aliorum euētibus suis

rationibus possunt providere. nulla igitur re inducti / nulla spe  
freti arma sustulerunt. Quis hoc crederet! tantam amentiam quem  
tenuisse! ut imperium populi romani temptare auderet nullis copi  
is fretus. Ergo aliquid fuisse necesse est. Quid aliud nisi id quod  
dico potest esse?

In attenuato figure genere / id quod ad infimum / et quoti  
dianum sermonem demissum est: hoc erit exemplum. Nam ut forte  
hic in balneas venit: cepit postquam perfusus est: defricari. Deinde  
ubi visum est: ut in alveum descenderet: ecce ibi iste de transverso /  
heus (inquit) adolescens: pueri tui modo me pulsauerunt. fatifaci  
as / oportet. hic qui id etatis ab ignoto preter consuetudinem appel  
latus esset. erubuit. iste clarius eadem / et alia dicere cepit. hic vix  
tamen (inquit) sine me considerare. Tu vero iste clamare cepit vo  
ce ista: que per facile cuius rubores eicere possit. Ita petulans es  
atque acer: ut ne ad solarium quidem (ut mihi videtur) sed penes sce  
nam / et in eiusmodi locis exercitatus sis. Conturbatus est adoles  
cens. nec mirum! cui etiam pedagogi lites ad auriculas versaren  
tur imperito huiusmodi convitiis. ubi enim iste vidisset kur  
ram exhausto rubore qui se putaret nihil habere quod de exulti  
matione perderet: ut omnia sine fame detrimento facere posset.  
Igitur genera figurarum ex ipsis exemplis intelligi poterunt.  
Erat enim et attenuata verborum constructio quedam. Et item alia  
in gravitate / et alia posita in mediocritate.

#### De tribus vitiosis dicendi figuris.

St autem cavendum: ne dum hec genera cōlectemur! in fi  
nitima et propinqua vitia veniamus. Nam gravi fi  
gure / que laudanda est: propinqua est ea: que fugienda est. que  
recte videbitur appellari: si suffulta nominabitur. nam ita ut cor  
poris bonam habitudinem tumor imitatur sepe: ita gravis oratio  
sepe imperitis videtur / ea / que turgit et inflata est: cum aut no  
uis / aut prisca verbis: aut duriter aliunde translatis: aut graviori  
bus quam res postulat: aliquid dicitur hoc modo. Nam qui perduelli  
onibus vendit patriam: non satis supplicii dederit: si preceptis in

neptunias depultus erit lacunas. penitet igitur istum! qui mō-  
tes belli fabricatus est. campos sustulit pacis. In hoc genus ple-  
riq; cum declinassent! et ab eo quo profecti sūt aberrauerūt! spe-  
cie grauitatis fallūtur! nec prospicere possunt orationis tumore

Qui in mediocre genus orationis profecti sunt! si perueni-  
re eo nō potuerunt! errātes perueniūt ad confine eius generis  
quod appellamus dissolutum! quod est sine verbis et articulis!  
vt hoc modo appellemus fluctuās! eo q̄ fluctuat huc/ et illuc!  
nec potest cōfirmare! nec viriliter se expedire. Id est huiusmodi  
locii nostri cum belligerare nobiscū vellent! profecto ratiocina-  
ti essent etiā atq; etiā quid possent facere. si quidem sua sponte fa-  
cerent! et non haberēt hinc adiutores multos malos homines/  
et audaces. Solent enim diu cogitare omnes! qui magna nego-  
tia volunt agere. Non potest huiusmodi sermo tenere attentum  
auditorem. defluit enim totus/ neq; quicquā cōprehendēs perfe-  
ctis verbis amplectitur. Qui non possunt in illa facetissima  
verborū attenuatiōe cōmode versari! veniūt ad aridū/ exangne  
quoq; genus orationis! quod non alienū est exile nominari. cu-  
iusmodi est hoc. Nam ille istic in balneis accessit. ad hunc postea  
dixit, hic tuus seruus me pulsauit. postea dicit hic illi cōsiderabo  
post ille conuicium fecit! et magis/ magisq; presentibus multis  
inclamauit. Friuolus hic quidem/ et iliberalis est sermo. Nō eī  
adeptus est id/ quod attenuata figura habet! puris et electis ver-  
bis compositam orationem.

De commutatione figurarū dicendi.

Mne genus orationis/ et graue et mediocre et attenuatū  
dignitate afficiūt exornatiōes! de quibus post loquemur  
que si rare disponūtur! distinctā sicuti in coloribus/ si crebre col-  
locabūtur! obliquam reddūt orationē. Sed figuram in dicendo  
cōmutare oportet. Vt grauem mediocris! mediocrē excipiat at-  
tenuata. Deinde identidē cōmutetur! vt facile satietas varietate  
vitetur.

De tribus partibus elocutionis.

Voniam quibus in generibus elocutio versari debeat! dictū est. Nūc videamus / quas res debet habere elocutio cōmoda / et perfecta / que maxime admodū oratoris accōmodata est. Tres res in se debet habere / elegantiam / cōpositionē / dignitatem. Legatia est / que facit vt vnūquodq; pure et aperte dici videatur. Nec distribuitur in latinitatem et explanationem.

Latinitas est / que sermonē purū conseruat ab omni vitio remotū. Vitia in sermone / quo minus is latinus sit / duo possunt esse. Soloecismus et barbarismus. Soloecismus est / cū in verbis pluribus cōsequēs verbum superiori nō accōmodatur. Barbarismus est / cū verbū aliquod vitiose effertur. hec qua ratione vitare possimus / in arte grāmatica dilucide discemus. Explantio est / que reddit apertā et dilucidā orationē. Ea cōparatur duabus rebus. vltatis verbis et propriis. Vltata sunt ea / que versantur in sermōe / et cōluetudine quotidiana. Propria / que eius rei verba sūt / aut esse possūt / qua de loquimur.

Ompolitio est verborū cōstructio equabiliter perpolitā.

Ea cōseruabitur / si fugiemus crebras vocaliū cōcurtiones que vultā atq; hiantē reddūt orationē. vt hec est. Bacce enee amensissime ipendebāt. Et si vitabimus eiuldē littere nimiam assiduitatē. Cui vitio versus hic erit exēplo. Nā hic nihil prohibet in vitiiis alienis exēplis vti. O tyte tute tati tibi tanta tyrāne tulisti. Et hic eiuldē poete. Quicq; quicq; quenq; quicq; cōueniat neget.

Et si eiuldē verbi assiduitatē nimiam fugiemus. hoc modo. Nā cuius rationis ratio nō extet / ei rōni ratio nō est fidē habere. Et si nō vtemur cōtinēter similiter cadētibus verbis. hoc modo. Flentes plorātes lachrimātes obtestātes. Et si verborū traiectionem vitabimus / nisi que erit cōcinna. Qua de re posterius loquemur. quo in vitio est cecilius assiduus vt hoc est in priori libro. has res ad te scriptas luci misimus eli. Itē fugere oportebit lōgam verborū cōtinuationē / que et auditoris aures / et oratoris spiritū ledit. His vitiiis in cōpositione vitatis / reliquum operis cōlumendum est in dignitate.



Ignitas est! que reddit ornatam orationē varietate distin-  
guens. hec in verborū / et sententiarū exornationē diuidi-  
tur. Verborum exornatio est! que ipsius sermonis insignita cō-  
tinetur perpolitiōe. Sententiarū exornatio est! que nō in verbis  
s; in ipsis rebus quādam habet dignitatem.

De verborum exornationibus.

Epetitio est! cum cōtinenter ab vno / atq; eodem verbo in  
rebus similibus et diuersis principia sumūtur. hoc modo  
Vobis istud attribuendū est. Vobis gratia habenda est. Vobis  
ista res erit honori. Item scipio numantiā iustulit. Scipio carta-  
ginem deleuit. Scipio pacem peperit. Scipio ciuitatē seruauit.  
Item. tu in forum prodire! Tu lucem conspicerē! Tu in horū  
conspectum venire conaris. Audes verbū facere? Audes quicq;  
ab istis petere? audes supplicium deprecari? Quid est quod pollis  
desedere? quid est quod audes postulare? quid est quod tibi cōce-  
di putes oportere? Num iulurandū reliquisti? nū amicos pro-  
didisti? num parēti manus intulisti? num deniq; in omni dedeco-  
re volutatus es? Nec exornatio tum multū venustatis ha-  
bet! tum grauitatis / et acrimonie plurimū. quare videtur esse  
adhibēda et ad ornandā / et augendam orationem.

Onuersio est! per quam non (vt ante) primū repetimus  
verbum! sed ad postremū cōtinenter reuertimur. hoc mō  
poenos populus romanus iustitia vicit. armis vicit. liberalitate  
vicit. Item. ex quo tēpore cōcordia de ciuitate sublata est! liber-  
tas sublata est. fides sublata est. amicitia sublata est! et respu. sub-  
lata est. Itē. Caius iulius nouus homo erat. ingeniosus erat. do-  
ctus erat. bonis viris et studiosis amicus erat. ergo in hac ciuita-  
te primus erat. Itē. nā cū istos vt te absoluant! rogas. vt peierēt  
rogas. vt exiltimationē negligāt rogas. vt leges populi roma-  
ni tue libidini largientur! rogas.

Omplexio est! que vtrāq; complectitur exornationem! et  
hāc quā ante exposuimus. vt repetatur idē verbū primū  
sepius / et crebro ad idē postremū reuertatur. hoc mō. Qui sunt  
qui federa sepe ruperūt? cartaginēses. qui sunt qui in italia cru-

dele bellū gesserūt / cartaginēses. Qui sūt qui italiā deforma-  
uerūt / cartaginēses. Qui sūt qui sibi postulant ignosci / cartagi-  
nēses. Videte ergo quid cōueniat eos impetrare. Item, quem se-  
natus dānarit / eum quem populus romanus dāmarit / quē om-  
nium exultatio dāmarit / eum vos sentētis vestris absoluitis

Raductio est / que facit uti cū idem verbū crebrius ponat-  
tur / nō modo nō offēdat animū / sed etiam cōcinniorē ora-  
tionē reddat, hoc pacto. Qui nihil habet in vita iocūdus vita / is  
cum virtute vitam non potest colere. Item, eum hominē appel-  
las / qui si fuisset homo / nunquā tā crudeliter hominis vitā petisset  
Ut erat inimicus, ergo inimicū sic viciū voluit / ut ipse sibi re-  
perietur inimicus. Item, diuitias siue diuitū esse, tu vero prefer-  
virtutem diuitis, nam si voles diuitias cum virtute cōparare /  
vix satis idonee tibi videbuntur diuitie / que virtutis pedissequē-  
runt. Ex eodē genere exornationis est / cū idem verbū ponit-  
tur modo in hac / modo in altera re, hoc modo. Cur eam rem tā  
studiose curas / que tibi multas dabit curas / Item amari iocūdū  
est / si curetur / ne quid inlit amari. Item veniam ad vos / si mihi  
senatus det veniam. In his quatuor generibus exornationū  
que adhuc polite sunt / non inopia verborū fit / ut ad idem ver-  
bum redeatur sepius / sed inest festiuitas quedā, que facilius diu-  
ticari auribus / quā verbis exprimi potest.

Contentio est / cum ex contrariis rebus oratio conficitur.  
hoc pacto. Flabet assentatio iocunda principia. Eadem exitus  
amarissimos affert. Item inimicis te placabilē / amicis inex-  
orabilē prebes. Itē in otio tumultuaris. In tumultu es otiosus  
in re frigidissima cales, inferuentissima friges. Tacere cū opus est  
clamas, cū tibi loqui cōuenit / obmutescis, ades / abesse vis, abes  
reuertere cupis. In pace bellū queritas, in bello pacem desideras.  
In concione de virtute loqueris, in prelio pro ignavia tube soni-  
tū preferre nō potes. Hoc genere si distinguemus orationē /  
et graues / et ornati poterimus esse.

Exclamatio est / que cōficit significationē doloris / aut indi-  
gnatiōis alicuius hominis / aut vrbs aut loci / aut rei cu-

inspiciam cōpellatione. hoc modo. Te nūc alloquor africane / cuius  
mortui quoq; nomē splēdori ac decori est ciuitati. Tui claris-  
sissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorū crudelitatem.  
Itē O perfidiose fregelle! q̄ facile scelere vestro contabuistis! vt  
cuius nitor vr̄bis italiā nuper illustrauit! eius nūc vix fūdamē-  
torū reliquie maneant. Item honorū insidiatores / latrocinio vi-  
tam innocentissimi cuiusq; petistis. tantā ne ex iniquitate iudici-  
orū vestr̄is calumniis allumpstis facultatem. Hac exclama-  
tione si loco vtemur! et raro et cum rei magnitudo postulare vi-  
debitur / ad quam volumus indignationē animi auditoris addu-  
cemus.

Interrogatio nō omnis grauis ē! neq; cōcinna! s; hec que  
cū enumerata sunt ea / que obliunt cause aduersariorū! cō-  
firmat orōnē superiore. hoc pacto. Cū igitur hec oīa diceres! fa-  
ceres! administrares! vtrū animos lociorū ab rep. remouebas!  
et alienabas! an non? Et vtrū aliquē exhortari oportuit qui et  
ista prohiberet / ac fieri non sineret! an non?

x Atiocinatio est / per quā ipsi a nobis rōnē poscimus! quare  
quicq; dicamus! z crebro nosmet a nobis petimus vniuscu-  
iusq; propositionis explanationē. Ea est huiusmōi. Maiores no-  
stri! si quā vnius peccati mulierē dānabant simplici iudicio! multo  
rū maleficiorū conuictā putabant. Quo pacto? Quoniā quā im-  
pudicā iudicabāt! eā veneficii quoq; dānatā existīabāt. Quid ita?  
qz necesse est eā que suū corpus addixerit turpillime cupiditati!  
multos timere. Quos? istos. virū / parentes / et ceteros ad quos  
videt sui dedecoris infamiā pertinere. Quid postea? quos tanto-  
pere timeat! eos necesse est! vt quoquomō possit! veneficio petat.  
Cur necesse est? quia nulla poterit honesta rō retinere eā! quam  
magnitudo peccati facit timidā! intēperātia audacē! natura mu-  
lieris incōsideratā. Quā veneficii dānabāt! putabāt ipudicā quo-  
q; necessario. Quare? qz nulla facilius ad id maleficiū cā! q̄ tur-  
pis amor / et intēperās libido cōmouere potuit. tū cuius mulie-  
ris animus esset corruptus! eius corpus castū eē nō putauerūt.  
Quid in viris? idē ne obseruabāt? minime. quid ita? quia viros

ad vnumquodq; maleficiū singule cupiditates impellūt. Mulie-  
res vero ad omnia maleficia cupiditas vna deducit. Item bene  
maiores nostri hec cōparauerūt: vt neminem regem quē armis  
cepissent: vita priuarent. Quid ita? quia quā nobis facultatem  
fortuna dediss; iniquū erat in horum supplicio cōsumere: quos  
eadem fortuna pauloante in amplissimo ltatu collocarat. quid q̄  
exercitum cōtraduxit: delino meminisse. quid ita? quia viri for-  
tis est qui de victoria contendāt: eos hostes putare. qui victi sūt  
eos homines iudicare / vt possit bellum fortitudo minuere: pacē  
humanitas augere. Et ille si vicisset: num idem fecisset? Nō pro-  
fecto tam sapiēs fuisset. Cur igitur ei parcis? quia talem ltaltici-  
am contemnere: non imitari cōsueui. Hęc exornatio vehemē-  
ter ad sermonem accommodata est. et animū auditoris reddit at-  
tentū: tum venustate sermonis: tum rationū expectatione.

Entētia est oratio sūpta de vita: que aut quid sit: aut quid  
esse oporteat in vita: breuiter ostendit hoc pacto. Diffici-  
le est primum eum virtutes reuereri: qui semper secunda fortu-  
na sit vltus. Item. liber is est existimādus: qui nulli turpitudini  
seruit. Item egens est: qui nō satis habet: et is cui nihil satis eē  
potest. Item. optima ratio viuendi est eligenda. eam iocundam  
consuetudo reddet. Huiusmodi sententie simplices nō sūt im-  
probande. Propterea q̄ habet breuis expositio (si rationis nul-  
lius indiget) magnam delectationem. Sed illud quoq; probādū  
est genus sententie: quod confirmatur subiiectione rationis. hoc  
pacto. Omnes bene viuendi rationes sunt in virtute collocande.  
propterea q̄ sola virtus in sua potestate est. omnia preter eā sub-  
iecta sunt sub fortune dominatiōe. Item qui fortunis alicuius  
inducti / amicitiam eius secuti sunt: hi simul ac fortuna dilapla  
est. deuolant omnes. Cum enim recessit ea res que fuit consuetu-  
dinis causa / nihil superest: quare possint in amicitia teneri.  
Sunt item sententie que dupliciter efferūtur. hoc mō sine rōne  
Errāt qui in prosperis rebus impetus omnes fortune se fugisse  
putāt. Sapienter cogitant qui tēporibus secūdis / calus aduersos  
reformidant. Cum ratione hoc pacto. Qui adolescētū peccatis

ignolci putāt oportere! falluntur. propterea q̄ etas illa non est impedimēto bonis studiis. At hi sapienter faciūt! qui adolescētes maxime castigāt. vt quibus virtutibus omnem vitam tueri pollint! eas in etate maturissima velint cōparare. Sententias raro interponi cōuenit! vt rei auctores! nō viuendi preceptores videamur esse. Cum ita interponentur! multum afferent ornamenti. necesse est enim animo comprobet ea tacitus auditor! cū ad causam videat accommodari rem certam ex vita / et moribus sumptam.

Contrarium idem est fere quod contentio. Cōtrarium est quod ex rebus diuersis duabus alteram breuiter / et facile confirmat. hoc pacto. Nam qui luis rationibus inimicus fuerit semper! eum quomō alienis rebus amicū fore speres? Itē. nam quem in amicitia perfidiolum cognoueris! eum quare putes in inimicitias cū fide habere posse? aut qui priuatus intolerabili superbia fuerit! eum commodum et cognoscentē le poteris videre in potestate! qui speres? Et qui in sermonibus / et cōuentu amicorum verum dixerit nunq̄! eū sibi in cōtentionibus credis a mendacio temperatum? Item quos ex collibus deiecimus! cum his in cāpo metuimus dimicare? Qui cum plures erant! nobis exequari non poterant. hi postq̄ pauciores sunt / metuimus! vt sint superiores? Hoc orationis genus breuibus et cōtinuatis verbis perfectum debet esse! vt cū cōmodum est auditu propter breuem et absolutam cōclusionē! tum vero vehemēter id! quod opus est oratori cōprobat cōtrarias res! et ex eo quod dubiū nō est! expedit illud / quod dubiū est! vt aut dilui nō possit aut multo difficillime possit.

Embrū oratiōis appellatur res breuiter absoluta sine totius sententię demōstratiōe! que de vno alio mēbro oratiōis excipitur. hoc mō Et inimico proderas! id est vnū quod appellatur mēbrū. Deinde hoc excipiat ab altero oportet. Et amicum ledebas. Ex duobus mēbris hec oratio pōt cōstare. Sz cōmodissima et absolutissima est! que ex tribus cōstat. hoc pacto. Et inimico proderas / et amicū ledebas / et tibi nō cōsulebas. Itē nec reip.

reſoluisti / nec amicis profuisti / nec inimicis restitisti.

Rticulus dicitur / cū singula verba interuallis distinguuntur celsa oratione. hoc pacto. *M*crimonia / voce / vultu perterrituisti aduersarios. Item inimicos iniuriis / potētia / inuidia / perfidia sustulisti. Inter huius generis / et illius superioris vehementiam hoc interest / q̄ illud tardius / et rarius venit. hoc crebrius / et celerius peruenit. Itaq; in illo genere ex remotione brachii et contortione dextre gladius ad corpus afferrī. in hoc aut crebro et celeri corpus vulnere conſauciari videtur.

Continuatio est densa et continens verborū frequētatio cū abſolutione ſententiarū. Ea vtemur cōmodiſſime tripartito. in ſententia / in cōtrario / in conſuſione. In ſententia hoc pacto. Si non multū potest obelle fortuna / qui ſibi firmiter in virtute / q̄ in caſu preſidium collocauit. In cōtrario hoc modo. Nā liquis ſpei non multum collocarit in caſu / quid eſt quod ei magnopere caſus obelle poſſit. In cōcluſione hoc pacto. Quod ſi i eos plurimū fortuna potest / qui ſuas rōnes omnes in caſum cōtulerunt / non ſunt omnia cōmittenda fortune / ne magnā nimis in nos habeat dominationē. In his tribus generibus ad cōtinuationis vim adeo frequētatio neceſſaria eſt / vt infirma facultas orationis videatur / niſi ſententiā / et contrariū / et cōcluſionē frequentibus efferat verbis. Sed alias quoq; nōnunq; non alienū eſt tamēſi neceſſe non eſt eloqui res aliquas per huiusmodi continuationes.

Om̄par appellatur / quod habet in ſe mēbra orōis / de quibus ante diximus. que conſtāt ex pari fere numero ſyllabarū. hoc nō de enumeratiōe nrā fiet (Nā id quidē puerile eſt) ſz tātū afferet vſus et exercitatio facultatis / vt animi quodā ſenſu per mēbrū ſuperiori referre poſſimus. hoc mō. In prelio parēs mortem oppetebat. domi filius nuptias comparabat. hec omnia graues caſus adminiſtrabāt. Itē alii felicitatē fortuna dedit. huic induſtria virtutem comparauit. In hoc genere ſepe fieri pōt / vt mō plane par ſit numerus ſyllabarū / et tamē eſſe videatur / ſi vna

aut etiam altera syllaba est. alterum breuius / aut longius / aut si  
cū in altero plures sunt / in altero longior / aut longiores / plenior  
aut pleniores syllabe erunt / vt longitudo / aut plenitudo harum  
multitudinem alterius allequatur / et exequet.

Imiliter cadens exornatio appellatur / cum in eadē cōstru  
ctione verborum / duo aut plura sunt verba / que similiter  
hisdem casibus efferantur. hoc modo. *Hominē laudas egentem  
virtutis. Abundantem felicitatis. Item cuius omnis in pecu  
nia spes est. A sapientia animus remotus est. Diligētia cōparat  
diuitias. Negligētia corrūpit animum. Et tamē cū ita viuūt / ne  
minem pre se ducit hominem.*

Imiliter delinens est / cū tamen si casus nō insunt verbis /  
tamen similes exitus sunt. hoc pacto. *Turpiter audes fa  
cere. Nequiter studes dicere. Viuis inuidiose. Delinquis studiose.  
Le. Loqueris odiose. Item audacter territas. Humiliter placas.*

Hec duo genera / quorū alterum in exitu / alterū in casus si  
militudine versatus / inter se vehemēter cōueniūt. Et ea re qui  
his bene vtūtur / plerūq; simul ea bene collocāt in hisdem parti  
bus orationis. Id hoc mō facere oportet. Perditissima ratio est  
amorem petere pudorem fugere. Diligere formā negligere fa  
mam. Sic et ea verba / que casus habent ad casus similes / et illa  
que nō habēt ad similes exitus veniūt.

a *Onominatio est / cum ad idem verbum et nomē acceditur  
commutatione / aut additiōe vnus littere aut litterarum  
aut ad res dissimiles similia verba accommodātur. ea multis et va  
riis rationibus cōficitur. attenuatiōe / aut complexione eiusdem  
littere sic. Sic qui se magnifice iactat atq; ostētat / venit a te / an  
teq; romam venit. Et ex cōtrario sic. Sic quos homines alea vi  
cit / eos ferro statim vincit. Productiōe eiusdem littere. sic. Sic  
auium dulcedo ducit ad auium. Ereuitate eiusdem littere sic.  
Sic tamen si videtur honoris cupidus / tamē nō tantum curiam  
diligit / quantum curiam. Addendis litteris hoc pacto. Sic libi  
posset temperare / nisi amorī mallet obtemperare. Demendis  
litteris sic. Si lenones tanquā leones vitasset / vite se tradidisset.*

Trāſſerēdis litteris ſic. Videte iudices! vtrū homini gnauo! an  
vano credere malitis. Commutādis hoc pacto. Deligere oportet!  
quem velis diligere. Hæc ſūt annominationes / que in breui  
litterarum cōmutatione / aut productōe / aut trāſſectione / aut ali  
quo huiusmodi genere verſantur. Sunt autē alie que nō ha-  
bent tam propinquā verbi ſimilitudinē / et tamen diſſimiles non  
ſūt, quibus de generibus vnū eſt huiusmodi. Quid veniā! quis  
ſim! quare veniam! quē inſimulem! cui proſim! quē poſtulem!  
breui cognoſcetis. Nam hic eſt in quibusdā verbis quedā ſimili-  
tudo! non tam affectāda / q̄ ille superiores! ſed tamen adhibenda  
nōnunq̄. Alterū genus eſt huiusmodi. Demus operam quirites  
ne omnino patres conſcripti putetur circūſcripti. Hæc annomi-  
natio magis accedit ad ſimilitudinē / q̄ ſuperior! ſed minus q̄ ſu-  
periores ille! propterea q̄ non ſolum addite ſed vno quoq̄ tēpore  
dempte quoq̄ littere ſūt. Tertium genus eſt! quod verſatur  
in caſuum cōmutatione / aut vnius / aut plurimorū nominum.  
Vnius nominis hoc modo. Alexāder macedo ſūmo labore ani-  
mū ad virtutem a puericia cōfirmavit. Alexandri virtutes per  
orbem terre cū laude / et gloria peruulgate ſunt. Alexādrū oēs  
maxime metuerunt. Item plurimi dilexerūt. Alexandro ſi vita  
data lōgior eſſet! occēanū macedoniū trāſuolaſſet. Varie hic vnū  
nomen in caſuū cōmutatōe volutatū eſt. Plura nomina caſibus  
cōmutatis. hoc mō faciēt annominationē. Tiberiū gracchū rē  
publicam adminiſtrātem prohibuit indigna vel diutius in ea cō-  
morari. Caio graccho ſimiliter ablata eſt reſp. qui virtutis amā-  
tiſſimus ſubito dominatū ciuitati eripuit. Saturninum fide ca-  
ptum maiorum natu perfidia per ſcelus vita priuauit. Tuus o-  
drule ſanguis domesticos parietes / et vultum parētis aſperſit.  
Sulpicio cui pauloātē omnia concedebāt! eum breui ſpacio / non  
modo viuere! ſed etiam ſepeliri prohibuerūt. Hæc tria gene-  
ra proxima exornationum quorum vnū in ſimiliter cadenti-  
bus! Alterum in ſimiliter deſinentibus verbis! Tertium in ano-  
minationibus poſitum eſt! perraro ſumenda ſunt cum in verita-  
te dicemus. Propterea q̄ nō hæc vidētur reperiri poſſe ſine ela-



boratione / et cōfūfione opere. Eiusmōi aut̄ studia ad delectatio-  
nē / q̄ ad veritatem videntur accōmodatiora. Quare fides / et se-  
ueritas / et grauitas oratoria minuitur. et his exornatiōibus fre-  
quēter collocatis / non modo tollitur autoritas dicendi / sed offē-  
ditur quoq; in eiusmodi oratione. Propterea q̄ est in his lepos  
et festiuitas / non dignitas / neq; pulchritudo. Quare que sūt am-  
pla / atq; pulchra diu placere possūt / que lepida et cōcinna cito sa-  
cietate afficiūt aurium sensum fastidiosissimū. Quomodo ergo  
si crebro his generibus vtemur / puerili delectari elocutione vi-  
debimur / ita si raro interseremus has exornatiōes / z in causa to-  
ta varie dispargemus / commode luminibus distinctis illustrabi-  
mus orationem.

Vbiectio est / cum interrogamus aduersarius / aut queri-  
mus ipsi quid ab illis / aut quid contra nos dici possit. De-  
inde subicimus id quod oportet dici / aut non oportet / aut nos  
his adiumento futurum sit / aut illis obfuturum e contrario. hoc  
modo. Quero igitur vnde iste tam pecuniosus factus sit. Am-  
plum patrimoniū relictum est. At patris bona venierūt. herē-  
ditas aliqua venit. non potest dici / sed etiam necessarius omnibus  
exheredatus est. Premiū aliquod ex lite / aut iudicio cepit. Non  
modo id nō fecit / sed etiam insuper ipse grādi sponfione victus  
est. Ergo si his rationibus locupletatus nō est / licet omnes vide-  
tis / aut isti domi nascitur aurum / aut vnde nō est licitū pecuni-  
as accepit. Item sepe iudices animaduerti multos aliqua ex ho-  
nelta re quam ne inimici quidem criminari possint / sibi presidiū  
petere. quorum nihil potest aduersarius facere. nam vtrum ad  
patris sui virtutem confugiet / at eum vos iurati capite damna-  
stis. An ad suam reuertetur antiquam vitam alicubi honeste tra-  
ctatam. Nam hic quidem ante oculos vestros quomodo vixerit  
scitis omnes. An cognatos suos enumerabit / quibus vos con-  
ueniat commoueri. At hi quidem nulli sunt. Amicos profe-  
ret. At nemo est / qui sibi non turpe putet / istius amicum nomi-  
nari. Item credo inimicū quem nocentem putabas / in iudicium

adduxisti: nō. Nā eū indemnātū necasti. Leges que id prohibēt  
facere veritus es? At ne scriptas quidē iudicasti. cū ipse te vete-  
ris amicitie cōmonefaceret! cōmotus es? At nihilominus! s; stu-  
diosius necasti. Quid cum tibi pueri ad pedes volutarētur: mi-  
sericordia motus es? At eorum patrem crudelissime sepultura  
quoq; prohibuisti. Multum inest acrimonie / et grauitatis in  
hac exornatione. Propterea q; cū quelitū est! quid oporteat! sub-  
iicitur id nō esse factum. quare facillime fit! vt exaugeatur indi-  
gnitas negotii. Ex eodem genere est! vt ad nostrā quoq; per-  
sonam referamus subiectiōē sic. Nam quid me facere cōuenit!  
cum a tanta gallorū multitudine circū sederer? An dimicarem?  
At cū parua manu tū prodiremus? locū quoq; inmutissimū  
habebamus. Sederem in caltris? at neq; subsidiū quod expecta-  
rē! habebamus. Neq; erat qui vitam producerē. An castra relin-  
querē? At oblidebatur. Vitam militum negligere? At eos vi-  
debar ea accepisse conditiōē! vt eos quoad possem incolumes pa-  
trie / et parentibus cōseruarem. Hostium cōditionē repudiarem  
At salus antiquior est militū! q; impedimētorum. Eiusmodi cō-  
sequuntur identidē subiectiōes! vt ex omnibus ostēdi videatur /  
nihil potius q; quod factum sit / faciendum fuisse.

Radatio est! in qua non ante ad cōsequēs vertū descēditur  
q; ad superius cōscensum est. hoc modo. Nam que reliqua  
spes manet libertatis! si illis z quod libet / licet! z quod licet / pos-  
sunt! et quod possunt audēt! et quod audent faciūt! et quod faci-  
unt vobis molestum non est. Item. non sensi hoc! et nō suasi! ne-  
q; suasi! et non ipse facere cepi! neq; facere cepi! z nō perfeci! neq;  
probauī. Item africano industria virtutem! virtus gloriā! glo-  
ria emulos comparauit. Item imperium grece fuit apud athe-  
nenses. Atheniēlibus potiti sūt spharciate! spharciatas supera-  
uere thebani. Thebanos macedones vicerunt. qui ad imperium  
grece breui tempore adiunxerūt aliam bello subactam. Ha-  
bet in se quendam leporē superioris cuiusq; crebra repetitio ver-  
bi / que propria est huius exornationis.

Effinitio est! que rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter / et absolute. hoc modo. Maiestas reipub. est! in qua continetur dignitas et amplitudo ciuitatis. Item iniurie sunt! que aut pulsatione corpus / aut conuicio aures / aut aliqua turpitudine vitā cuiuspiā violāt. Item nō est ista diligētia! sed auaritia. ideo qz diligentia est accurata conseruatio suorū. Auaritia iniuriola appetitio alienorū. Item nō est ista fortitudo! sed temeritas. propterea qz fortitudo est laboris contemptio! et periculi cū ratione vtilitatis et cōpensatiōe cōmodorū. Temeritas est! cum incōsiderata laborū perpessiōe gladiatoria periculorū susceptio.

Hec ideo cōmoda putatur exornatio! qz omnē rei cuiuspiam vim / et potestatem ita dilucide proponit / et explicat breuiter! vt neq; pluribus verbis oportuille dici videatur / neq; breuius neq; lucidius potuille dici putetur.

Ransitio vocatur! que cum ostēdit breuiter quid dictū sit proponit item breui quid cōsequatur. hoc pacto. Mō in patriam cuiusmodi fuerit! habetis. Nūc in parētes qualis extiterit! considerate. Item mea in istū beneficia cognoscitis. nunc quomō iste mihi gratiam retulerit! accipite. Proficit hec aliquātulū exornatio ad duas res. Nā et quid dixerit cōmonet! et ad reliquum comparat auditorem.

Orrectio est! que tollit id quod dictū est! z pro eo id quod magis idoneū videtur! reponit. hoc mō. Qz si iste suos hospites rogasset! imo innuisset! mō facile id perfici posset. Item nā postqz isti vicerūt / atq; adeo victi sūt! eā quom victoriā appellem que victoribus plus calamitatis qz boni dederit. O virtutis comes inuidia / que bonos insequeris plerūq; / imo adeo inlectaris. Cōmouetur hoc genere animus auditoris. Res eī cōi verbo elata tātum mō dicta videtur. at ea post ipsius oratoris correctionē magis idonea fit pronūciatōe. Nū igitur satius eēt (dicet aliq; s) ab iūcio! presertū cū scribas! ad optimū / et lectissimū verbū decurrere. Est! cū nō est satius! si cōmutatio verbi id erit demōstratura eiusmodi rē eē! vt cū ea in cōi verbo appellaris! leuius d. xisse

videaris, cum ad electius verbum accedas! insigniorē rem faci-  
as. Quod si cōtinuo venisses ad id verbū / nec rei / nec verbi gratia  
animaduersa ellet.

Occupatio est! cū dicimus nos preterire / aut non scire / aut  
nolle dicere id / quod tunc maxime dicimus, hoc modo.  
Nam de puericia tua! quidem quā tu omni intēperantie addixi-  
sti dicerem: si hoc tēpus idoneum putarem. Nūc id consulto re-  
linquo, et illud pretereo! quod tribuni rei militaris te in frequē-  
tem tradiderūt. Deinde quod iniuriarū satifecisti lucio labeoni! ni-  
hil ad rem pertinere puto, horum nihil dico! reuertor ad illud!  
de quo iudicium est. Item nō dico te ab locis pecunias accepisse  
non sum in eo occupatus! quod ciuitates regna domos omniū de-  
peculatus es, furta rapinas omnes tuas omitto. Nec uti is  
exornatio est! si aut rem quam nō pertineat ostēdere alius! occulte  
te prodelt admonuisse, aut si longum est! aut ignobile! aut pla-  
nū non potest fieri / aut facile potest reprehēdi! ut vtilius sit oc-  
culte fecisse suspitionem! quā huiusmodi intendisse orationē / que  
redarguatur.

Aliunctum est! cum eorum de quibus dicimus / aut vtrū  
quod aut vnūquodque certo cōcluditur verbo, sic. Populus ro-  
manus numanciam deleuit, cartaginē sustulit, corinthū deiecit,  
fregellas euertit. Nihil numantinis vires corporis auxiliante sūt  
Nihil cartaginēlibus sciētia rei militaris adiumento fuit. Nihil  
corinthiis erudita calliditas prelii tulit. Nihil fregellianis mo-  
rum et sermonū societas opitulata est. Item forme dignitas aut  
morbo deflorescit! aut vetustate extinguitur. Sic vtrumque et in  
superiore exēplo vnāquaque rem certo cōcludi verbo videmus.

Oriunctio est! cum interpolatione verbi et superiores par-  
tes orōnis cōprehenduntur! et inferiores, hoc modo. For-  
me dignitas / aut morbo deflorescit / aut vetustate.

Oiunctio est! cū verbū quo res cōprehēditur nō interpo-  
nimus! sed aut primū / aut extremū collocamus. Primum  
hoc pacto. Deflorescit forme dignitas / aut morbo / aut vetustate.

Postremū sic. Aut morbo / aut vetustate forme dignitas de-  
floreſcit. Ad festiuitatem diſiunctio est appolita. quare rarius  
vtemur ea! ne satietatē pariat. Aut breuitatē cōiunctio parit. qua  
re sepius adhibēda ē. he tres exornatōes de simplici genere manāt

On duplicatio est! cū ratione āplificatiōis aut cōmiseratio  
nis eiusdem vnus / aut pluriū verborum fit iteratio. hoc  
mō. Tumultus. C. gracchi tumultus domesticos et intestinos  
comparat. Item. cōmotus nō! es cum tibi mater pedes amplexa  
retur! nō es commotus. Item. nunc etiā audes venire in horū  
cōspectum / proditor patrie / proditor inquā patrie venire audes  
in horum cōspectum. Vehemēter auditorē comouet eiusdē  
redintegratio verbi! et vulnus maius efficit in cōtrario caule! q̄  
si aliquod telum sepius perueniat in eandem partem corporis.

Interpretatio est! que non iterās idem redintegrat verbū  
sed id cōmutat quod positū est alio verbo / quod idē valet  
hoc modo. Rempubicā radicitus euertisti. Ciuitatem funditus  
deiecisti. Item patrē nefarie verberasti. Parēti manus lcelerate  
intulisti. Necesse est eius animum qui audit cōmoueri! cum  
grauitas prioris dicti renouatur interpretatione verborū.

Ommutatio est! cum due sententie inter se discrepātes ex  
trāliectione ita efferūtur! vt a priore polterior contraria  
priori proficiſcatur. hoc modo. Esse oportet! vt viuas. nō viue-  
re! vt edas. Item. ea re poemata nō facio! quia cuiusmodi volo  
nō possum. cuiusmodi nolo! possum. Item. que de illo dicūtur /  
dici nō possūt. que dici possunt non dicūtur. Itē. poema loquēs  
pictura est. pictura tacitum poema debet esse. Item. si stultus es  
ea re taces. nō tamē si taces! ea re stultus es. Nō potest dici quī  
cōmode fiat! cum cōtrarie sententie trāllatione verba quoq; con-  
uertātur. Plura hic subiecimus exēpla. vt quoniā difficile ē hoc  
genus exornationis inuētū: dilucidū esset. vt cū bene esset intel-  
lectū! facilius in dicēdo inueniretur.

Ermisio est! cū ostēdimus nos in dicēdo aliquam rem to-  
tā tradere et cedere alicuius volūtati. sic. Quoniā oībus  
rebus ereptis solū mihi superest animus et corpus! hec ipā que

mihī de multis sola relicta sūt! vobis et vestre condono potestati  
Vos me vero quo pacto vobis videbitur vtamini / atq; abutami  
ni / licebit. Imponite in me quicquid libet. Statuite / dicite / atq;  
obtemperabo. Hoc genus tametli alias quoq; nōnunq̄ tractā  
dum est! tamē ad misericordiā commouēdam, vehemētissime est  
accommodatum.

Vbitatio est! cum querere videatur orator! vtrū de duo-  
bus potius / aut quid de pluribus potissimum dicat. hoc  
modo. Obfuit eo tempore plurimū reipublice cōsulū / siue stul-  
titiā / siue maliciā dicere oportet / siue vtrūq;. Item tu istud au-  
sus es dicere homo omniū mortaliū. quero / nam quo te digno  
moribus tuis appellem nomine?

xpeditio est! cum rōibus cōpluribus enumeratis quibus  
res aliqua fieri / aut nō fieri potuerit! cetera tollūtur! vna  
relinquitur! quam nos intendimus. hoc modo. Necesse est (cum  
constet istum fūdum nostrū fuisse) oliēdas te / aut vacuū posse-  
dille / aut vsu tuū fecisse! aut emisse! aut hereditate tibi venisse.  
Vacuum (cū ego adessem) possidere nō potuisti. vsu tuū fecisse  
nō potes. emptio nulla profertur. hereditate tibi / me viuo mea  
pecunia venire nō potuit. Relinquitur igitur vt me vi de meo  
fūdo deieceris. Nec exornatio plurimū iuuabit cōiecturales  
argumētationes! sed nō erit tanq̄ in plerisq; / vt cū velimus pos-  
simus ea vti. nam facere id nō poterimus! nisi nobis ipsa nego-  
cii natura dabit facultatem.

Isolutum est! quod cōiunctiōibus verborū e medio sub-  
latis separatis partibus effertur. hoc modo. Cere morem  
parēti. Pare cognatis. Obsequere amicis. Obtempera legibus  
Item. descende in integram defēsiōnē. Noli quicq̄ reculare. Da  
seruos in questionē. Stude verum inuenire. Hoc genus et  
acrimoniā habet in se / et vehemētissimū est / et ad breuitatē ac-  
commodatum.

Recisio est! cum dictis aliquibus / reliquū quod ceptū est  
dici relinquitur in audientiū iudicio sic. Mihī certatio tecū non  
est ideo / quia populus romanus me nolo dicere! ne cui for te ar

rogans videar. te autē sepe ignominia dignum putauit. Item tu istud nūc audes dicere! qui nuper aliene domui! non ausi dicere ne cum te digna dixerim! me indignum quippiā dixisse videar.

Hic atrocior tacita est suspitio quā disertā explanatio facta est.

Onclusio est! que breui argumētatione ex his que antedicta sunt! aut facta! conficit id quod necessario consequatur. hoc pacto. Quod si danais datum oraculum erat! non posse capi troiam sine philotete sagittis! hec autē nihil aliud fecerūt! nisi alexādrum perculerūt. hunc extinguere id nimirū fuit capi troiam.

Estant etiam decem exornationes verborū! quas idcirco nō vage disperimus! sed a superioribus separauimus. quod omnes in vno genere sunt posite. Nam earū omnium hoc propriū est! ut ab vilitate verborū potestate recedatur! atque in aliam rationem cū quadam venustate oratio transferatur. De quibus exornationibus nominatio est prima! que nos admonet. ut cuius rei nomen non sit! aut satis idoneum nō sit! eam nosmet idoneo verbo nominemus. aut imitationis! aut significationis causa Imitationis hoc modo. ut maiores rudere! et vagire! et mugire et murmurare appellarūt. Significāde rei causa sic. Postquam iste in remp. fecit impetum! fragor ciuitatis imprimis auditus est.

Hoc genere raro est vtēdum! ne noui verbi assiduitas odiū pariat. Sed si cōmode quis eo vtatur et raro! nō modo non offēdet nouitate! sed etiam exornabit orationem.

Ronominatio est! que licuti cognomīe quodam extraneo demōstrat id! quod suo nomine non potest appellari. ut si quis (cum loquatur de gracchis) an nō africani nepotes (inqui- et) istiusmodi fuerūt? Item si quis de aduersario cū dicat! videte nūc (inquit) iudices! quēadmodū me plagioxippus iste tractarit

Hoc pacto non inornate poterimus! et in laudādo et in ledēdo! et in corpore! et in animo! aut in extraneis rebus dicere. sicuti cognomen quod pro certo nomine collocamus.

Enominatio est! que ab rebus propi-quis! et finitimis trahit orationē! qua possit intelligi res que nō suo vocabulo sit appellata. Id aut ab inuētore cōficitur. Ut si quis de tarpeio

loquēs / eum capitolinū nominet. Aut ab inuēto / vt si quis pro libero vinū / pro cerere frugē appellet. Aut ab instrumēto domi nū / vt si quis macedones appellarit. hoc mō. Nō tam cito saris- le grecia potite sunt. Aut idem gallos significās / nec tā facile ex italia armatura trans alpina depulsa est. Aut id quod fit ab eo q̄ fecit / vt si quis cum bello velit ostēdere quēpiam aliquid fecisse / dicat mars istud facere te necessario coegit. Aut si qui facit ab eo quod fit / vt cum delidiosam artem dicimus / quia delidiosos facit frigus pigrum / qui pigros efficit. Ab eo quod cōtinet id quod cōtinetur / hoc modo denominabitur. Armis italia nō potest vici nec grecia disciplinis. nam hic pro grecis et italīs que cōtinent / notata sunt. Ab eo quod cōtinetur / id quod cōtinet. Vt si quis aurum / aut argētum / aut ebur nominet / cū diuitias velit nomi- nare. Harum omniū denominationū magis in precipiendo diuisio / q̄ in querēdo difficilis inuētio est. eo q̄ plena cōluetudo est nō mō poetarū et oratorū / sed etiā quottidiani sermōis huius- modi denominationū.

Irreuerſio est oratio rem simplicem assumpta circūscribens elocutione. hoc modo. Scipionis prouidētia cartaginis o- pes fregit. Nam hic nisi ornandi quedam ratio esset habita / scipio potuit et cartago simpliciter appellari.

Ransgressio est / que verborū perturbat ordinē peruersiōe ac transiēctione. Peruersiōe sic. Hoc vobis deos immor- tales arbitror dedisse pietate pro vestrā. Traiēctione hoc modo. Inuitabilis in istū plurimū fortuna valuit. omnes inuidiose eripuit tibi tam bene viuēdi rationes. Plurimū modi traiēctio / que rem non reddit obſcuram multum proderit ad cōtinuationes de quibus ante dictum est. in quibus oportet verba / sicut a poetis in quendam extruere numerum / vt perfecte / et perpolutissime possint esse absolute.

Vppellatio est oratio superās veritatem alicuius augēdi minuendi ve causa. hec sumitur separatim aut cū compa- ratione. Separatim sic. Qz si concordiam retinebimus in ciuita- te / imperii magnitudinē solis ab ortu vsq; ad occalū metiemur.



Comparatiōe fit aut a similitudine / aut a prestantia. Sup-  
pellatio sumitur a similitudine sic. Corpore niueū cādorē / aspe-  
ctu igneum ardorē allequebatur. ¶ prestantia hoc modo. Cuius  
ore sermo melle dulcior profluebat. Eodē genere est hoc. Tātus  
erat in armis splēdor / vt solis fulgor obscurior videretur.

Intellectio est / cū res tota parua de parte cognoscitur / aut  
de toto pars. De parte totū sic intelligitur. Nū ille te nūpti-  
ales tibi eius matrimonii cōmouebāt. Nā hic omnis sanctimo-  
nia nuptiarū vno signo tibiārū intelligitur. De toto pars. Vt si  
quis ei qui vestitū / aut ornatū sumptuosū ostētet / dicat. ostētas  
mihi diuicias / et locupletes copias iactas. ¶ vno plura hoc mō  
intelligētur. Poeno fuit hispanus auxilio. Fuit imanis ille trās-  
alpinus. In italia quoq; nō nemo sēlit idē togatus. ¶ pluribus  
vnū sic intelligitur. Atrox calamitas pectora merore pullabat.  
Itaq; anhelās ex imis pulmonibus pre cura spiritus ducebatur  
Nam in superioribus plures hispani / et galli / et togati intelli-  
gūtur. et hic vnū pectus / et vnus pulmo intelligitur. Et erat  
illic diminutus numerus festiuitatis causa. Hic aductus graui-  
tatis gratia.

a Bulio est / que verbo simili / et propinquo pro certo et pro-  
prio abutitur. hoc mō. Vires hominis breues sunt / aut  
parua statura / aut lōgum in homine cōsiliū / aut oratio magna  
aut vti pauco sermone. Nā hic facile est intellectu finitima ver-  
ba rerū dissimiliū rōne abusiones esse traducta.

Translatio est / cum verbū in quādā rem trāsfertur ex alia  
re / quod propter similitudinē recte videbitur posse trāfer-  
ri. Ea igitur sumitur rei ante oculos ponende causa. sic. Italiam  
hic tumultus terrore expergefecit subito. Breuitatis cā sic. Re-  
cēs aduētus exercitus extinxit subito ciuitatē. Obscenitatis vitā  
de causa sic. Tace / cuius mater quottidianis nuptiis delectatur.  
Mugēdi cā sic. Nullius vrbis meror / et calamitas istius explere  
inimicitias / et nefariā crudelitātē saturare potuit. Minuēdi cā sic  
Magno se predicat auxilio fuisse / quia paululū in rebus difficil-  
limis aspirauit. Ornādi cā sic. Aliquādo reip. rōnes que malicia

nocentiū exaruerūt! virtute optimatū reuirescent. Trāllatio  
nē pudētē dicūt eē oportere! vt cū rōe in cōsimilē rē trāleat! ne si  
ne delectu temere / et cupide videatur in dissimilē rē trācurrille.

Ermutatio est oratio aliud verbis! aliud Inia demōstrans.

Ea diuiditur in tres partes. Similitudinē / argumētū / con  
trariū. Per similitudinē sumitur! cū trāllatiōes / vna aut plures  
frequēter ponūtur. Et simili oratione ducte. sic. Nā cū canes fū  
gantur officis luporū! cuiā presidio pecuaria credemus! Per  
argumētū tractatur! cū a persona aut loco / aut re aliqua simili  
tudo augēdi / aut minuēdi cā ducitur. vt si quis drusū gracchum  
munitorēq; obloletū dicat. Ex cōtrario ducitur. Vt si quis homi  
nē prodigū et luxuriosū illudēs parcū et diligētē appeilet. Et in  
hoc postremo quod ex cōtrario sumitur! et in illo primo quod a  
similitudine ducitur / per trāllationē argumēto poterimus vti.  
Per similitudinē sic. Quid ait hic rex / atq; agamēnon nolter! si  
ue vt crudelitas est! potius atreus. Ex cōtrario sic. Vt si quē im  
pium / qui patrē verberauit! eneā vocemus. Intēperantē et adul  
terū ypolitū nominemus. Hęc sūt fere que dicēda videbātur  
de verborū exornatōibus. Nunc res ipsa monet! vt deinceps ad  
sententiarū exornationes transeamus.

De sententiarū exornationibus.

Distributio est! cū in plures res / aut personas negocia que  
dā certa dispartiūtur. hoc mō. Qui vestrū iudices nomen  
senatus diligit! hūc oderit necesse est. Petulātissime enī seper iste  
oppugnauit senatū. Qui equestrē locū splēdidissimū cupit eē in  
ciuitate. is optet istū maximā penā dedisse! ne iste sua turpitudine  
ord. ni honestissimo macule / atq; dedecori sit. Qui parētes habe  
tis / ostēdite istius supplicio vobis hoīes ipios nō placere. Qui  
bus liberi sunt! statuite exēplū! quāte pene sūt in ciuitate homi  
nibus istiusmodi cōparate. Itē. senatus est officiū cōsilio ciuitatē  
iuuare. Magistratus ē officiū opera et diligētia cōsequi senatus  
et populi volūtātē. Populi est officiū res optimas et hoīes ido  
neos maxie suis Inīs deligere / et probare. Acculatoris officium  
est inferre crimina. Defēloris diluere / et propullare. Testis di

cere que sciat / aut audierit. Questoris est vnūquēq; horū in offi-  
cio suo cōtinere. Quare luci calli in causis si testē preter quod vi-  
derit / aut audierit / argumētari z cōiectura prosequi patieris / ius  
accusatoris cū iure testimonii cōmisceris. testis improbi cupidi-  
tatē cōfirmabis. reo duplicē defensionē parabis. Est hec exorna-  
tio copiosa. cōprehēdit enī breui multa. et suū cuiq; tribuēs offi-  
ciū. separatim res diuidit plures.

Incētia est. cū apud eos quos vereri / aut metuere debemus  
tamē pro iure nostro aliquid dicimus / quod eos minime  
offendat / aut quos hi diligūt / cū in aliquo errato vere reprehēdi  
posse videātur. hoc mō. Miramini quirites / q̄ ab oībus rōes vrē  
delerātur. q̄ causā veltrā nemo suscipiat. q̄ se nemo vrī defēlorē  
profiteatur. id tribuite vrē culpe / atq; desinite mirari. quid est eī  
quare nō oēs / rē istā fugere aut vitare debeāt. Recordamī quos  
habueritis defēlores. studia eorū vobis ante oculos proponite.  
Deinde exitus omnīū cōsiderate / tū vobis veniet in mētē (vt ve-  
re dicā) negligētia vrā / siue ignauia potius illos oēs ante oculos  
vrōs trucidatos eē / inimicos eorū veltris suffragiis in āphissimū  
locū peruenisse. Itē. nā quid fuerit iudices / quare ī snis ferūdis  
dubitaueritis / aut istū hominē nefariū āpliaueritis / num aper-  
tissime res erant crimini date / nū oēs he testibus cōprobate / nū  
cōtra tenuiter et nugatorie respōsū. Sic vos veriti estis / si pri-  
mo cetu cōdēnassetis eū / ne crudeles existiaremini: dū eā vitastis  
vituperationē / que lōge a vobis aberat / eā inuenistis / vt timidi  
atq; ignaui putaremī. maxias et priuatas / et publicas calamita-  
tes accepistis. cū etiā maiores ipēdere videātur / sedetis / et oscita-  
mini. luce noctē / nocte lucē expectatis. aliquid quotidie acerbi /  
atq; incōmodi nūciatur. et eū cuius opera hec vobis accidūt / re-  
moramini diutius / et alitis ad reip. perniciē. retinetis quoad po-  
testis ī ciuitate. Eiusmōi licētia si nimiū acrimonie videtur ha-  
bere / multis mitigatiōibus lenietur. nā cōtinuo aliquid huius-  
modi licebit inferre (Sic ego virtutē veltrā quero. sapiētā desi-  
dero. veterē cōsuetudinē requiro) vt quod erit cōmotū licētia / id  
cōprimatur laude. ita vt altera res ab iracūdia / z molestia remo-

ueat. altera res aberrato deferreat. Nec res sicut in amicitia!  
ita in dicēdo si loco fit! maxime facit! vt et illi qui audiēt / a cul-  
pa ablint! et nos qui dicimus amici eorū / et veritatis assertores  
eē videamur. Est aut quoddam genus licētie in dicēdo! quod  
astutiore rōe cōparatur. cū aut ita obiurgamus eos / qui audiūt  
quomō ipsi se cupiūt obiurgari / aut id quod scimus facile oēs  
audituros! dicimus nos timere / quomō accipiāt. s; tamē veritate  
cōmoueri! vt nihilo lecius dicamus. Horū āborū generū exēpla  
subiciemus. Prioris huiusmodi. Nimiū quirites animis elus  
suplicibus / et māluetis. Nimiū creditis vnicuiq; existiat vnū  
quēq; eniti! vt perficiat / que vobis pollicitus lit. Erratis / et falsa  
spe frustra iamdiu detinemini. Stultitia vestra id quod erat i vrā  
ptāte! ab aliis petere / q̄ ipsi lumere maluitis. Posterioris licētie  
hoc erit exēplū. Mihi cū isto iudices fuit amicitia! s; tamen ista  
amicitia! tāetsi vereor / quomō accepturi litis! tamē dicā! vos me  
priuastis. Quid ita! quia vt vobis ellē probatus! eū qui vos op-  
pugnabat! inimicū q̄ amicū habere malui. Ergo hec exorna-  
tio! cui licētie nomē est (sicut demōstrauimus) duplici rōe tracta-  
bitur. acrimonia! quā si nimiū fuerit aspera! mitigabit laus. et  
allimulatio! de qua posterius diximus! que nō indiget mitiga-  
tionis! propterea q̄ imitatur licētiā! et sua spē fit ad animū au-  
ditoris accōmodata.

δ Iminutio est! cū aliquid eē in nobis / aut in his quos defē-  
dimus / aut natura / aut fortuna / aut industria dicemus e-  
gregiū! quod ne qua significetur arrogās ostētatio! diminuitur  
et attenuatur orōe. hoc mō. Nā hoc pro meo iure iudices dico!  
me labore et industria curasse! vt disciplinā militarē nō in postre-  
mis tenerē. Sic si quis dixiss; / vt optie tenerē! tāetsi verū dixis-  
set! tamē arrogās vilis eēt. Nunc et ad inuidiā vitandā / et laudē  
cōparandā satis dictū est. Itē. vtrū igitur cā auaricie / aut egesta-  
tis accessit ad maleficiū. Auaricie. At largissimus fuit i amicos  
quod signū liberalitatis ē! que cōtraria ē auaritie. Egestatis. At  
huic q̄dē pater (nolo nimiū dicere) nō tenuissimū prīmonū reli-  
quit. Sic quoq; vitatū est! ne magnū / aut maximum diceretur

Hoc igitur in nr̄is aut eorū quos defēdimus egregiis cōmo-  
dis proferēdis obseruabimus. nā eiūsmōi res z inuidiā otrahūt  
in vita / et odiū in orōe: si incōsiderate tractes. Quare quēadmo-  
dū rōe ī viuēdo fugitur inuidia: sic ī dicēdo cōsilio vitatur odiū.

Esriptio noīatur: que rerū cōsequētū cōtinet perspicuā z  
dilucidā cū grauitate expolitionē. hoc mō. Qz si istū iudi-  
ces vr̄is sn̄is liberaueritis: statī sicut a cauea leo missus / aut aliq̄  
teterrima belua soluta ex cathenis volitabit / et vagabitur ī foro  
acuēs dētes multos in cuiusq; fortunas / in cēs amicos atq; īmi-  
cos / notos atq; ignotas incurās / aliorū famā depeculās: aliorū  
caput oppugnās: aliorū domū / atq; omnē familiā perfrīgēs: rē  
pub. fūdītus laefactās. Quare iudices eiicite eū de ciuitate. Li-  
berate oēs formidie. Vobis deniq; ipsis cōsultite. Nā si istū īpu-  
nitū dimiseritis: in vosmetiplos (mihī credite) ferā / et truculētā  
bestiā īmiseritis. Itē. nā si de hoc iudices grauē luīam tuleritis: /  
vno iudicio simul multos iugulaueritis. grādis natu parens cu-  
ius spes senectutis oīs in huius adoleseētia posita est: quare velit  
in vita manere: nō habebit. filii parui / priuati pr̄is auxilio / ludi-  
brio / z despectui paternis īimicis erūt oppositi. Tota domus hu-  
jus indigna cōcidet calamitate. At inimici statī sāguinolēta pal-  
ma crudelissīa victoria potiti / insultabūt in horū miserias et su-  
perbi re simul / et verbis inuehētur. Itē. nā neminē vestrū fugit  
quirites vr̄be capta: que miserie cōsequi soleāt. Arma qui cōtra  
tulerūt: statī crudelissīe trucidātur. Ceteri qui possūt per etatem  
et vires laborē ferre: rapiūtur in seruitutē. Qui nō possūt: vita  
priuātur. vno deniq; / atq; eodē tēpore domus hostili flagrabit in  
cēdio. et quos natura / aut volūtas necitate / aut beiuolētia cōuin-  
xerit: distrahūtur. Liberi / partī e gremiis dirripiūtur parentū:  
partī in sinu iugulātur: partī āte edes cōstuprātur. Nemo iudi-  
ces est: qui possit satis digne rē cōsequi verbis: nec referre orōne  
magnitudinē calamitatis. Hoc genere exornatiōis vel īdigna-  
tio vel misericordia cōmoueri pōt: cū res cōsequētes cōprehen-  
siue perspicua breuiter exprimūtur oratione.

Inuisio est / que rem semouēs ab re / vtrancq; absoluit subie-  
cta ratione. hoc mō. Cur ego nūc tibi quicq; obuiam? Si  
probus es / nō meruisti. si improbus / nō cōmoueris. Itē quid nūc  
ego de meis propriis meritis predicē? si meministis / obtūdā vos  
Si obliti estis cū re nihil egerim quid est quod proficere verbis  
possim? Itē. due res sūt / que possūt hoīes ad turpe cōpēdiū com-  
mouere / inopia atq; auaricia. Te auarū in fraterna diuisione co-  
gnouimus. inopē / atq; egētem nūc videmus. Qui potes igitur  
ostēdere causā malefici nō fuisse? Inter hanc diuisionē / et illā  
que de partibus orōis tertia est (de qua in primo libro diximus  
dū narrationē demonstrauimus) hoc interest / q; illa diuidit per e-  
numerationē / aut per expositionē / quibus de rebus in tota orōe  
disputatio futura sit. hec leltati explicat / et breuiter duabus / aut  
pluribus partibus subiiciēs rōnes exornati orōnem.

Requētatio est / cū res in tota cā disperse cogūtur in vnū /  
quo grauior / aut acrior / aut criminolior sit orō. hoc mō.  
A quo tandē abest ille vicio? quid est cur iudices velit eū libe-  
rare? sue pudicitie proditor est. inuidiator aliene cupidus. intēpe-  
rās. petulās. superbus. īpius in parētes. ingratus in amicos. in-  
fēlus cognatis. in superiores cōtumax. in equos et pares fastidi-  
olus. in inferiores crudelis. deniq; in oēs intolerabilis. Eius-  
dē generis ē illa frequētatio / que plurimū causis cōiecturalibus  
opitulatur / cū suspitiōes que separatim dicte / minute et infirme  
erāt / vnū in locū coacte / re videntur perspiciuā facere / nō suspici-  
olam. hoc pacto. Nolite igitur nolite iudices ea / que dixi separa-  
tim spectare. s; oīa colligite / et cōferte in vnū locū. Si et cōmo-  
dū ad istū ex illius morte veniebat / et vita hoīs est turpillia / ani-  
mus auarissimus / fortune familiares attenuatissime / et res ista  
bono nemini preter istum fuit / neq; alius quisquā eque cōmode  
neq; iste aliis cōmodioribus rōnibus facere potuit / neq; preteri-  
tū est ab isto quicquā / quod opus fuerit ad maleficiū / neq; factū  
quod opus non fuerit / et tum locus idoneus maxime quelitue /  
tum occasio aggrediēdi cōmoda / tēpus adeūdi opportunissimū /

Spacium cōficiendū lōgissimū sumptum est / nō sine maxima occultādī / et perficiendī maleficiī spe / et preterea anteq̃ occisus is homo est / ilte visus est ī loco / in quo occisio est facta solus. Paulopost in ipso loco maleficiī vox illius qui occidebatur / audita est. Deinde post occisionem multa nocte domū rediisse constat. Postera die titubāter / et incōstāter de illius occisiōe locutū / hec partim testimoniis / partim questionibus / et argumētis omnia comprobantur / et rumore populi / quē ex argumētis natū necesse est esse verū. Vestrū iudices est / his in vnū locū collocatis certā lumere sentētiam / nō suspitionē maleficiī. nā vnū aliquid / aut alterū potest in istū casū cecidisse suspiciose / vt oīa inter se a primo ad postremū cōueniāt maleficia necesse est casu nō posse fieri.

Vehemēs est hec exornatio / et in cōiecturali cōstitutione ferme semper necessaria / et in ceteris generibus caularum / et in omni oratione adhibēda nonnunq̃.

Expolitio est / cū in eodem loco manemus / et aliud atq̃ aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit. Si aut plane eandē rem dicemus / aut de eadem re. Eandē rem dicemus nō eodē mō. nam id quidē obtundere auditorē est / non rem expolire / sed cōmutare. Cōmutabimus tripliciter. verbis. pronunciando. tractando.

Verbis cōmutabimus / cum res semel dicta est / iterū aut sepius aliis verbis / que idem valeāt / eadē res proferetur. hoc mō. nullum tātum est periculū / quod sapiens pro salute patrie vitandū arbitretur. Cum agetur incolumitas perpetua ciuitatis / qui bonis erat rōnibus peditus / profecto nullū vite discrimē sibi pro fortunis reip. fugiendū putabit. et erit in ea snia semper / vt pro patria studiose quāuis in magnam descendat vite dimicationem.

Pronūciādo tū cōmutabimus / si tū in sermone / tū in acrimonia / tū in alio atq̃ alio genere vocis atq̃ gestus eadē verbis commutando pronūciationē quoq̃ vehemētius immutabimus. Hoc quoq̃ cōmodissime scribi non potest / neq̃ parū est apertū / quare nō eget exemplis. Tertiū genus est cōmutationis / quod tractādo cōficitur / si sentētiam traiciemus / aut ad sermocinationē / aut exuscitationē. Sermocinatio ē / de qua planius paulopost





tur! sed ab eiusdē sententiē non recedamus exemplo! ut scire possis quod facile preceptione rhetorice res simplex multiplici ratione tractetur. Sapiens nullum pro rep. vitabit periculum. ideo quod sepe fit / ut cum pro rep. perire noluerit! necesse erit cum rep. pereat. Et quoniam omnia sunt commoda a patria accepta! nullum incommodum pro patria graue putandum est. igitur qui fugiunt id periculum! quod pro repub. subeundum est! stulte faciunt. nam neque incommoda effugere possunt! et ingrati in ciuitate reperiuntur / atque patrie pericula suo periculo expetunt! hi sapientes putandi sunt cum et eum quem debent honorem reip. reddunt! et pro multis perire malunt! quam cum multis. Etenim vehementer iniquum est vitam quam a natura acceptam propter patriam conseruaueris! nature cum cogat reddere! patrie cum roget non dare. et cum possis cum summa virtute / et honore pro patria interire! malle per dedecus et ignauiam viuere. Et cum pro amicis / et parentibus / et ceteris necessariis adire periculum velis! pro repub. in qua et hec et illud sanctissimum patrie nomen continetur! nolle in discrimen venire. Itaque uti contempnendus est! qui in nauigando nauem quam se mauult incolumem! ita vituperandus qui in republica discrimini suo plus quam salutis communi consulit. nauis enim fracta / multi incolumes euaserunt. Ex naufragio patrie nemo saluus potest enatare. quod mihi bene videtur decius intellexisse! qui se deuouisse dicitur! et pro legionibus suis se immisisse in medios hostes! unde amisit vitam! at non perdidit. Re enim uilissima et parua certam et maximam redemit. vitam dedit. accepit patriam. amisit animam. potitus est gloria! que cum summa laude prodita uetustate quotidie magis enitescit. Quod si pro republica decere accedere ad periculum / et ratione monstratum est! et exemplo comprobatum est! hi sapientes existimandi sunt! qui nullum pro salute patrie periculum vitant. In his igitur generibus expositio uersatur! de qua producti sumus / ut plura diceremus! quod non modo cum causa dicimus / adiuuat! et exornat orationem! sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare conueniet

extra causā ī exercēdo rōes adhibere expolitiōis. in dicēdo vti / cū  
exornamus argumētatiōe. De qua re diximus in libro secundo.

Ormmoratio est / cum in loco firmissimo quo tota causa cō  
tinetur / manetur diutius / et eodē sepius reditur. Hac  
vti maxime conuenit / et id est oratoris boni maxime proprium  
Nō enim datur auditori potestas animū de re firmissima dimo-  
uendi. Huic exemplū satis idoneū subiici nō potuit: propte-  
rea q̄ hic locus nō est a tota causa separatus sicuti membrū alia  
quod / sed tanq̄ sanguis perfusus est per totum corpus orōnis.

Ortentio est / per quam cōtraria referuntur. Ea est in ver-  
borum exornationibus / vt ante docuimus / huiusmōi. In  
imicis te placabilem / amicis inexorabilem prebes. In sententiarū  
huiusmodi. Vos huius incōmodis lugetis. Ille reipub. calami-  
tate letatur. Vos vestris fortunis diffiditis. Ille solus suis eo  
magis cōfidit. Inter hec duo cōtentionū genera hoc interest  
q̄ illud ex verbis celeriter relatis cōstat. hic lentētie contrarie ex  
cōparatione referantur / oportet.

Similitudo est orō traducēs ad rē quāpiā aliquid ex re dif-  
pari simile. Ea sumitur aut ornādi causa / aut probādi / aut  
dicendi apertius / aut ante oculos ponēdi. Et quomō quattuor de  
caulis sumitur / ita quattuor modis dicitur. per cōtrariū. per ne-  
gationē. per breuitatē. per collationē. Ad vnāquāq; causā sumē  
de similitudinis accōmodabimus singulos modos pronūciandi.

Ornādi cā sumitur per cōtrariū sic. Nō eī quēadmodū in pa-  
lestra est / qui tedas cādētes accipit / celerior est in cursu cōtinuo /  
q̄ ille qui tradit / ita melior īperator nouus qui accipit exercitū /  
q̄ ille qui decedit / propterea q̄ defatigatus cursor integro facē /  
hic peritus īperator īperito exercitū tradit. Hoc sine simili satis  
plane / et perspicue et probabiliter dici potuit. hoc mō. Dicitur  
minus bonos īperatores a melioribus exercitus suscipere solere  
s; ornādi cā simile sūptū est / vt orōni quedā dignitas cōparetur  
Dictū est aut per cōtrariū. nam tū similitudo sumitur per cōtra-  
riū / cum ei rei quam nos probamus / aliquā rē negamus esse  
similem / vt pauloante / cum de cursoribus allecebamus. Per

negationem dicitur probandi causa hoc modo. Neque equus indomitus (quod quis natura bene copolitus sit) idoneus esse potest ad eas utilitates que desiderantur ab equo. Neque homo indoctus (quod quis sit ingeniosus) ad virtutem potest peruenire. Hoc probabilius factum est: quod magis verisimile est non posse virtutem hinc doctrina comparari: quoniam nec equus quidem indomitus idoneus possit esse. Ergo sumptum est probandi causa. Dicitur autem per negationem. Id enim perspicuum est de primo similitudinis verbo. Sumetur et apertius dicendi causa simile. Dicitur autem per breuitatem hoc modo. In amicitia gerenda / sicut in certamine currendi non ita conuenit exerceri: ut quoad necesse sit venire possis: sed ut productus studio / et viribus ultra facile percurras. nam hoc simile est: ut apertius intelligatur mala ratione facere eum / qui reprehendat eos. qui veri causa post mortem amici liberos eius custodiant: propterea quod in cursore tantum velocitatis esse oporteat: ut efferatur usque ad finem. Et in amico tantum beniuolentie studium: ut ultra quam amicus sentire possit: procurat amicitie studio. Dicitur est autem simile per breuitatem. Non enim ita ut in ceteris rebus / res ab re separata est: sed utreeque res coniuncte et confuse pronunciate sunt. Ante oculos ponendi negotii causa sumetur similitudo cum dicitur per collationem sic. sicuti citharedus cum prodierit optime vestitus / palla inaurata indutus cum clamide purpurea coloribus variis intexta / et cum corona magnis fulgentibus gemmis illuminata citharam tenens exornatissimam auro et ebore distinctam: ipse preterea forma / et specie sit et statura apposita ad dignitatem: si cum magna populo commouerit his rebus expectationem: repente silentio facto: vocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu: quo melius sit ornatus / et magis fuerit expectatus: eo magis derisus et contemptus elicietur. ita si quis in excelso loco et magnis ac locupletibus copiis collocatus / fortune muneribus et nature comodis omnibus abundabit: si virtutis et artium que virtutis magistre sunt: egebit: quo magis ceteris rebus erit / copiosus / illustris et expectatus eo vehementer derisus /

et cōtēptus ex omī cōuētū honorū eiicietur. Hoc simile exorna-  
tione vtriusq; rei alterius in scientia artificii / et alterius stultitia  
simili rōe collata sub aspectu oīum rē subiiciet. Dictū est aut per  
collationē / propterea q; proposita similitudinē paria sūt oīa relata

In similitudinibus obseruare oportet diligēter / vt cū rē affe-  
ramus simīlē / cuius rei cā similitudinē attulerimus / verba quo-  
q; ad similitudinē habeamus accōmodata. Id est huiusmodi. Ita  
vt irūdines estiuo tēpore presto sūt / frigore pulle recedūt (Ex ea  
dē similitudine nūc per trāllationē verba sumimus) Ita falli aīci  
sereno vite tēpore presto sūt / simulatq; hiemē fortune viderit / de  
uolāt oēs. Sed inuētio similiū facilis erit / si quis sibi oēs res ani-  
matas / et inanimatas / mutas et eloquētes feras et māluetas cele-  
stes / et terrestres / z maritimas / artificio / casu / natura cōparatas  
vsitatas atq; inusitatas frequēter ante oculos ponere poterit / et  
ex his aliquam venari similitudinē / que aut ornare / aut docere /  
aut apertiorē facere rē / aut ponere ante oculos possit. Non enim  
res tota toti rei necesse est similis sit / s; ad ipsū ad quod cōfertur  
similitudinē habeat oportet.

Exemplū est alicuius facti / aut dicti preteriti cū certi aucto-  
ris noīe propositio. Id sumitur hisdē de causis / quibus si-  
militudo rē ornatiōrē facit / cū nullius rei nisi dignitatis cā sumi-  
tur. Apertiorē / cū id quod sit obscurius magis dilucidū reddit.  
Probabiliorē / cum magis verissimīlē facit. Ante oculos ponit /  
cū exprimit oīa perspicue / vt res dicta prope manutētari possit.  
Vniuscuiusq; generis singula subiēcisse mus exēpla / nisi exēplū  
quod genus est in expolitōe / demonstrassemus / et causas sumēdi  
in similitudinē aperuissemus. Quare nolimus / neq; pauca / quo-  
minus intelligeretur / neq; re intellecta plura scribere.

i Mago est forme cū forma cū quadā similitudine collatio.

Hec sumitur aut laudis / aut vituperatiōis cā. Laudis cā  
sic. Ibat in prelium corpore thauri validissimi / impetu leonis  
acerrimi similis. Vituperationis / vt in odiū inducat. hęc modo.  
Iste quotidie per forum medium tanquā iubatū draco serpit /

dētibus aduneis / rabido aspectu / venenato spiritu circūspectans  
huc z illuc / si quē reperiat / cui aliquid mali faucibus affare / quē  
ore attigere / dentibus īsecare / lingua aspergere possit. Vt in inui-  
diam adducat hoc mō. Iste qui diuitias suas iactat sicut gallus e-  
frigia / aut ariolus qui spīā depressus / et oneratus auro clamat z  
delirat. In contēptionē sic. Iste tanquā coclea abscondens / et re-  
tentans sese tacite cum domo totus vt comedatur / aufertur.

e ffictio est / cū exprimitur / atq; effingitur verbis corporis  
cuiuspiam forma / quoad satis sit ad intelligēdum hoc mō  
Hunc dico iudices rubrū breuē / incuruū / canū / subcrispū / celiū  
cui sane magna est in mēto cicatrix / si quomō pōt vobis in me-  
moriā redire. Plabet hec exornatio tū vtilitatem / si quem ve-  
lis demōstrare / tū venustatē / si breuiter / et dilucide facta est.

n Otatio est / cum alicuius natura certis describitur signis  
que sicut note quedā nature sunt attributa. vt si velis non  
diuitem sed ostentatorē pecuniolū describere. Iste (inquit) iudi-  
ces qui se dici diuitē putat esse preclarū / primū nunc videte quo  
vultu vos itueatur. nōne vobis videtur dicere / darē / si mihi mo-  
lesti non essetis. Cum vero sinistra mentū subleuat / existimat se  
gēme nitore / et auri splēdore aspectus oīm perstringere. cū pue-  
rū respicit hūc vnū quē ego noui vos non arbitror nouisse alio  
noīe appellat. deinde alio atq; alio / heus tu (inquit) veni sannio /  
ne quid istī barbari perturbēt. vt ignoti qui audiēt. vnū putent  
se eligi de multis ei dicit in aurē / aut dcm lectuū sternātur / aut  
vt ab auūculo rogetur ethiops / qui ad balneas veniat / aut astur  
coni locus ante hostiū suū detur / aut aliquid fragile falle coragi-  
um glorie cōparetur. Deinde exclamat / vt omnes audiāt / videt /  
vt diligenter numerentur si potes / ante noctem. puer qui hanc  
bene nouit naturam hominis / tu illo plures mittas (inquit) o-  
portet / si hodie vis trālnumerari. Mge iquit. duc tecū libanū / et  
soliā. sane deīde casu veniūt hospites hoi / qui istū receperūt splē-  
dide / dum peregrinaretur. Ex ea re sane homo hercule contur-  
batur / s; tamē a vitio nature nō recedit. bene (iquit) facitis / cū ve-  
nitis. s; rectius fecissetis / si ad meā domū recta via abissetis. Io

fecissemus (inquiunt illi) si domum nouissemus. At istud facile fuit  
unde libet inuenire, verum eundem illum sequuntur illi. Sermo interea  
huius consumitur omnis in ostentatione. Querit in agris frumenta cuius-  
iusmodi sit, negat se (quod uille incense sit) accedere posse / nec edifica-  
re etiam nunc audere / tamen in tusculano quidem cepi insauire et in hilde-  
fundamentis edificare. Dum hec loquitur / venit in edes quaedam / in qui-  
bus sodalicium erat eodem die futurum / quo iste pro noticia domini  
edem ingreditur cum hospitibus, hic (inquit) abito, perspicit argentum  
quod erat expositum, uicit triclinium, stratam probat, accedit seruus  
lus, dicit homini claram dominum iam uenturum / si uelit exire, ita ne est / inquit  
eamus hospites, frater uenit ex salerno, ego illi obuia pergam,  
uos huc ad decimam uenitote, hospites discedunt, iste se rapti domum  
suam coniecit, illi decima qua iusserat / ueniunt, querunt hunc, reperiunt /  
domus cuius sit, In diuersorium derelicti conferunt sese, uident hominem  
postera die, narrat, expostulat, accusat, ait ille eos similitudine loci  
deceptos, angiporto toto deerrasse, se contra ualitudinem suam ad no-  
ctem multam expectasse, sanioni puero negocium dederat / ut uasa / ues-  
timenta / pueros corrogaret, seruulus non iurbanus satis strenue  
et cocinne comparat, iste hospites domum deducit, ait se edes maxi-  
mas cuidam amico ad nuptias accommodasse, nunciat puer argentum  
repeti, pertimuerat enim qui comodauerat, a pagete inquit / edes co-  
modauit / familiam dedi / argentum quoque uult, tamen hospites habeo /  
tamen utatur / licet, nos sanis delectabimur, quid ego / que deinde  
efficiat / narret. Cuiusmodi est hominis natura / ut que singulis diebus ef-  
ficiat / gloria atque ostentatione ea uix annis sermone enarrare possim.

Huiusmodi notationes que describunt / quid consuetudinem sit unius-  
cuiusque nature uehementer habet magnam delectationem, totam enim natu-  
ram cuiuspiam ponunt ante oculos aut gloriosi ut nos exempli causa ce-  
paramus / aut inuidi / aut timidi / aut auari / aut ambitiosi / amato-  
ris / luxuriosi / furis quadruplatoris / deinde cuiusuis studium pro-  
trahi potest in medium tali notatione.

Ermocinatio est / cum alicui persone sermo attribuitur / et is  
exponitur cum ratione dignitatis, hoc modo, Cum militibus uis  
redundaret / et omnes timore oppressi deo continerentur / uenit iste cum sacro

gladio succinctus / tenēs iaculum. quinq; adolescentes hominem  
iunili ornatu sublequūtur. Irrupuit in edes subito. deinde ma-  
gna voce vbi est (inquit) iste beatus ediū dominus? qui mihi pre-  
sto fuit? quid tacetis? hic omnes alii stupidi timore obmutuerūt  
vxor illius infelicissimi cum maximo fletu ad pedes illius abie-  
cit sese. per te (inquit) et per ea que tibi dulcissima sunt in vita  
miserere nostri. noli extinguere extinctos. serua manluete for tu-  
nam. nos quoq; fuimus beati. nolce te esse hominē. At ille. quin  
illum mihi datis? ac vos auribus meis obplorare desinitis. Non  
abibit. illi nunciatur interea venisse istum / et clamore maximo  
mortem minari. quod simul vt audiuit? heus (inquit) gorgia pe-  
dilequa puerorum / absconde pueros defende. Fac vt incolumis  
sit adolescētia. Vix hec dixerat? cum ecce iste presto. sedes (iquit)  
audax? nū vox mea tibi vitam ademit? Exple meas inimicitias /  
et iracundiam satura tuo sanguine. Ille cum magno spiritu ver-  
ba metuebā (inquit. ne plane victus essem. Nūc video / mecū in  
iudicio contendere non vis? vbi superari turpissimū et superare  
pulcherrimum est. interficere vis me? occidar equidē. sed victus  
nō peribo. At in extremo vite tēpore sententiole loqueris? neq;  
ei quem vides dominari / vis supplicare? tū mulier. imo iste qui  
dam rogat? et supplicat. s; tu quelo cōmouere. Et tu per deos (in-  
quit) hunc amplexare. dominus est. vicit hic te. vince nūc tu ani-  
mum. quid nō delinis inquit vxor loqui? que me digna nō sunt  
tace. et que curanda sunt? cura. Tu cellas mihi vitam? omnē be-  
ne viuendi spem mea morte eripere. Ille mulierem repulit ab  
se lamētantem. illi nescio quid incipienti dicere quod dignū vide-  
licet illius virtute esset? gladium in latere defixit. Puto ī hoc  
exemplo vnicuiq; datos esse sermones ad dignitatē accōmodatos  
id quod oportet in hoc genere obseruare. Sunt item sermocina-  
tionis sequentes hoc genus. nam quid putamus illos dicturos  
si hoc iudicaueritis? nonne omnes hac vtētur ratione? deinde ser-  
monem subiicere debet.

Onformatio ē? cū aliq; que nō adē persona? cōfigitur quali  
adlit? aut cū res muta / aut iformis fit eloquēs z formata

et ei oratio attribuitur ad dignitatē accōmodata / aut actio que-  
dam. hoc pacto. Quod si nunc hec vrbs inuictissima vocē emittat!  
nūquid hoc pacto loquetur? Ego illa plurimis tropheis ornata  
triūphis ditata certissimis / clarissimis locupletata victoriis / nūc  
vestris seditionibus o ciues vexor. Quā dolis maliciosa cartago  
viribus probata numācia disciplinis erudita corinthus labefa-  
ctare nō potuit! eā patimini nūc ab homūculis deterrimis pro-  
teri / atq; cōculcari? Item. q̄ si nūc lucius ille brutus reuiuiscat!  
et hic ante pedes vestros adlit! num hac vtatur oratione? Ego  
reges eieci. vos tyrannos introducitis. ego libertatem que non  
erat / peperit. vos partā seruare noluitis. Ego capitis mei pericu-  
lo patriā liberaui. vos liberi sine periculo eē nō curatis. Hec  
cōformatio licet in plures res mutas atq; inanimatas transfera-  
tur! tamē proficit plurimū in amplificationis partibus et com-  
miseratione.

**I**gnificatio est res! que plus in suspitione relinquit / q̄ po-  
sitū est in oratione. Ea fit per exuperationē. ābiguū. cōse-  
quētiā. abscisionē. similitudinē. Per exuperationē! cū plus est  
dictū / q̄ patitur veritas augende suspitionis causa. sic. Plac de tā  
to patrimonio tam cito testam qua libi petat ignem! nō reliquit  
Per ābiguū! cum verbū pōt in duas / plures ve sententias  
accipi. sed accipitur tamē in eam partem! quam vult is / qui dicit  
vt si dicas de eo qui plurias hereditates adierit! prospice tu / qui  
plurimū cernis. Ambigua quēadmodū vitāda sunt! que obscū-  
ram reddūt orationē! ita hec cōsequēda que cōficiūt huiusmodi  
significationem! ea reperiuntur facile / si nouerimus et aiā aduer-  
terimus verborum ancipites / ac multiplices potestates. Per  
cōsequentiam significatio est! cum res que sequūtur aliquam rē  
dicuntur! ex quibus tota res relinquitur in suspitiōe. vt si quis  
salsamētariū filio dicat. quiesce tu cuius pater cubito se emūgere  
solebat. Per abscisionē! si cū incipimus aliq̄d dicere! prescindam<sup>o</sup>  
et ex eo quod iā diximus satis relinquitur suspitionis sic. Qui is-  
ta forma z etate nuper aliene domui / nolo plura dicere. Per  
similitudinē! cū aliq̄ re simili collata / nihil āplius dicimus! s; ex



ea significamus / quid sciamus. hoc modo. Noli saturnine nimium  
populi frequentia fretus esse. multi iacent gracchi. Nec exor-  
natio plurimum festiuitatis habet interdum et dignitatis. Sinit enim  
quedam tacito ore ipsum auditorem suspicari.

Reuitas est res ipsis tantummodo verbis necessariis expedi-  
ta. hoc modo. Lenum preteries cepit. Inde tharli presidium reli-  
quit. post urbem bithinam sustulit. inde pulsus in helespontum statim  
potitur abido. Item. modo consul / quodam tribunus. is deinde pri-  
mus erat ciuitatis. Tum proficiscitur in aliam. deinde hostis est di-  
ctus. post imperator. postremo factus est consul. Habet paucis  
comprehensa breuitas multarum rerum expeditionem. quare adhibenda  
sepe est cum aut res non egebit longe orationis. aut tempus non li-  
net commorari.


Emostratio est. cum ita verbis res exprimitur. ut geri ne-  
gocium. et res ante oculos esse videatur. id fieri poterit. si  
que et ante et post / et in ipsa re facta erunt comprehendemus. Aut si  
a rebus consequentibus / aut circumstantibus non recedemus. hoc modo.  
Quia simulatque gracchus prospexit fluctuare populum. verentem ne  
ipse auctoritate senatus commotus a sententia deliraret. iubet aduo-  
cari concionem. ille interea scelere et malis cogitationibus redun-  
dans euolat e templo iouis / sudans / ardentibus oculis / erecto ca-  
pillo / contorta toga / cum compluribus aliis ire celerius cepit. illi pre-  
co faciebat audientiam. hic subleuium quoddam calce premens dextera  
pedem defringit. et hoc alios iubet idem facere. Cum gracchus inci-  
peret deos precari cursim isti impetum faciunt et ex aliis / aliisque parti-  
bus conuolant. atque e populo vnus fuge fuge iquit tyberim non vides  
Respice inquam. deinde vaga multitudo subito timore perterrita fu-  
gere cepit. At iste spumam ex ore reiciens ahelas ex intimo pectore  
crudelitatem contorquet brachium / et dubitanti graccho quid esset. neque  
tamen locum in quo constiterat relinquenti. percutit tempus. Ille nullam  
vocem edens inlita virtute concidit tacitus. ille viri fortissimi  
miserando sanguine aspersus. quasi facinus preclarissimum fecis-  
set circumspectans / et sceleratam gratulationibus manum porrigens  
in templum iouis contulit sese. Nec exornatio plurimum pro-

dest in amplificanda / et comiseranda re in huiusmodi narratōibus  
statuit enim rem totam et proponit ante oculos.


Conclusio huius operis.

Mnes rationes honestande elocutionis studiose collegimus. In quibus herenni si studiose exercueris / et gravitatem et dignitatem / et suavitatem indicēdo poteris habere / ut oratorie plane loquaris / ne nuda / atq; inornata inuentio / vulgari sermōe proferatur. Nūc identidē nosmetipsi nobis / instemus. Res enim communis agitur / ut frequenter et assidue consequamur artis rationem studio et exercitatione / que alii cū molestiā tribus de causis maxime faciūt. Aut si cum quibus libenter exerceātur / non habent / aut sibi diffidunt / aut nesciūt quam viam sequi debeant. que a nobis absunt omnes difficultates. nam et si mul libenter exercemur propter amicitiam / cuius iniciū cognatio facit. Cetera philosphie ratio confirmabit. et de nobis non diffidimus / propterea q̄ aliquātulū processimus. Et alia sūt meliora / que multo attētius in vita petimus / ut etiam si non peruenimus in dicēdo / quo velimus / parua pars vite perfectissime desideretur. Et viam quam sequamur / habemus / propterea q̄ in hiis libris nihil preteritū est rhetorice preceptionis. Demōstratum est enim quomō res in omnibus generibus causarū inueniri oporteat. Dictū est quo pacto eas disponere cōueniat. Traditū est qua rōne esset pronūciandū. Preceptū est qua via meminisse possimus. Demōstratum est quibus modis perfecta elocutio cōparetur. Que si sequamur / acute et cito reperiemus. distincte et ordinate disponemus. grauitate et venuste pronūciabimus firme et perpetue meminerimus. ornate et suaviter eloquemur

Ergo amplius in arte rhetorice nihil est. Nec omnia adipiscemur si rōes preceptionis diligētia cōsequemur / et exercitiōe.  
M. Tul. C. ad. C. Herenniū rhetoricorū Libri quattuor finiūt / Transitionibus / Capitalibus litteris / ac Paragraphis distincti. Et Parisii impressi nitide / terse atq; perpolite in visco sacti Iacobi iuxta domū predicatorum / anno. M. CCCC. Lxxvii. quarto kalendas Nouembris.



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28



cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

